

Universitätsbibliothek Wuppertal

Scriptores de orthographia

Keil, Heinrich

Lipsiae, 1880

Bedae De arte metrica

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-2014](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-2014)

BEDAE
DE ARTE METRICA
ET
DE ORTHOGRAPHIA
LIBRI
ALBINI ORTHOGRAPHIA

Ex libro...

De arte...

De arte...

De arte...

Ex Bedae libris duos recepi, alterum de arte metrica, alterum de orthographia. tertium enim de schematibus et tropis, quem libello de metrica arte Beda adiunxerat, postquam nuper Halmius cum rhetoribus edidit, non putavi denuo grammaticis addendum esse. liber de metrica arte autem inde a nono saeculo in multis codicibus scriptus est, quorum plurimi eum una cum libro de schematibus et tropis, non nulli etiam per se scriptum exhibent. ex his codicibus in nova editione tres mihi parati erant, quos cum Putschii editione contuleram, Monacensis 6399, Leidensis 122, Sangermanensis 1180.

Codex Monacensis 6399, olim Frisingensis 199 saec. IX duos Bedae libros de arte metrica et de schematibus continet, quibus duo commentarii Audacis de accentibus subiecti sunt, f. 1—30 *De littera — XXV quod tria sint genera poematis. expliciunt capitula incipit liber de arte grammatica De littera — sempiternam. explicit de arte metrica liber (unus superscr.) incipit liber secundus de scematibus et tropis Solet aliquoties — uxoris loth*, f. 30—32 *De accentibus Accentus quid est — etsi adposita non erit. Recapitulatio de accentibus Accentus quid est — syllabarum in unum redactarum repperitur*: Audac. exc. p. 9, 10—10, 20 et p. 37, 1—40, 16. eodem codice in libro de schematibus usus est Halmius rhet. lat. p. 607.

Codex Leidensis bibl. publ. 122 s. X post Donati aliorumque grammaticorum libros, quos indicavi gramm. lat. v. IV p. XXXI, Bedae libros de metrica arte, de schematibus, de orthographia continet, f. 62 sqq. *I De littera — XXV quod tria sunt genera poematos. Ueda gutherto leuite salutem De littera — sempiternam. explicit de arte metrica liber unus incipit de schematibus et tropis liber II Solet aliquoties — uxoris loth. Ortografia Uedae presbyteri A littera — sermo peruenit.*

Codex Sangermanensis 1180 s. IX librum de metrica arte habet ita, f. 65—73 *in nomine indiuidue trinitatis De lit. — quod tria sint genera poematos. De literis Qui notitiam — sempiternam. interposito fragmento de schematibus, Solet aliquoties — quam terribilia sunt opera*

tua (p. 611, 17 ed. Halm), sequitur Pompeii commentarius in Donatum: cf. gramm. lat. v. IV p. XXXIII et V p. 84.

Lectiones trium codicum cum iis quae in priore scriptura non multo post, ut videtur, mutata sunt integram indicavi, omissis quidem levioribus scripturae discrepantiis, quae nullius momenti in hoc praesertim scriptore sunt. de ceteris codicibus, quorum magnus superest numerus, non quaesivi, neque certiore eorum fidem esse puto quam eorum quos adhibui. ex his autem in primis Monacensem secutus sum, quem et diligentius quam reliquos duos scriptum esse inveni et ab Halmio ad me missum in ipso opere faciendo excussi. quare huius potissimum scriptura accurate indicata est. editorum exemplorum lectiones paucis locis adnotavi. editus autem est hic liber primum cum aliis grammaticis Mediolani a. 1473, deinde a Iano Parrhasio Mediolani a. 1504: cf. gramm. lat. v. IV p. IX et XLIV. Parrhasii editionem secuti sunt qui postea vel cum aliis grammaticis vel cum reliquis Bedae libris hunc librum ediderunt. neque is quis novissime eum edidit, Gilesius Bedae op. v. VI p. 40 sqq., manu scriptos libros adhibuit vel ad emendationem quidquam contulit.

Inscriptionem libri *de arte metrica* pro ea quae adhuc ex Parrhasii editione propagata ferebatur, *de metrica ratione*, restitui. nam et in antiquissimis codicibus ita inscriptus legitur et ipse Beda hoc nomine librum significavit p. 2364, *sed hoc interim nostro operi, quod de arte metrica cudimus, satis esse putamus*, eodemque modo in indice librorum a se editorum post historiam ecclesiasticam v. III p. 316 ed. Gil., *librum de orthographia alphabeti ordine distinctum, item librum de metrica arte et huic adiunctum de schematibus sive de tropis libellum*. alterum illud, quod nunc vulgo receptum est, in duobus veteribus libris inveni, codice Parisino 4841 decimo saeculo scripto, *Bedaes presbyteri de metrica ratione*, et codice Bononiensi undecimo saeculo scripto, *incipit congregatio Baedae presbyteri de metrica ratione inprimis de litteris*.

Restat ut de ratione libri et de auctoribus quos Beda secutus est pauca dicam. incipit igitur institutionem a mensura syllabarum, de qua post disputationem de litteris prooemii loco huic parti praepositam septem capitibus disseruit. deinde de ipsis metris praeciens uberrime hexametrum dactylicum et coniunctum cum eo pentametrum versum tractavit. ad hos enim versus omnia quae post brevem expositionem pedum metricorum item septem capitibus scripta sunt c. 10—16 pertinent. sequuntur septem capita de quibusdam metrorum generibus, quibus recentiores poetae in canticis et hymnis usi sunt. postremo de discrimine rhythmici et metri et de generibus carminum in fine libri duobus capitibus breviter disputavit. ex antiquioribus autem grammaticis quos secutus est ipse nominavit hos, Donatum quater, p. 2350 de v littera, p. 2354 de liquentibus litteris et de vocali

producta ante vocalem, p. 2373 de genetivo nominum in ius vel ium finitorum; commentatores Donati Pompeium et Sergium bis, p. 2350 de v littera et p. 2353 de communibus syllabis, Audacem vel Audacium, quem dicit, p. 2363 de accentu interiectionum, Victorinum, h. e. libellum de ratione metrorum Maximo Victorino tributum, p. 2371 de synalipha, Mallium Theodorum p. 2379 de iambico metro. ad Servii centimetrum pertinent haec p. 2380, *praeterea sunt metra alia perphura, quae in libris centimetrorum simplicibus monstrata exemplis quisque reperiet.* ab iisdem auctoribus etiam non adscriptis nominibus multa recepta sunt, e quibus ea quae maxime consentiunt indicatis locis veterum auctorum, quos Beda secutus est, in marginibus editionis adnotavi. arte autem Donati cum commentariis Sergii et Pompeii et in prima parte libri de syllabis et in altera quae est de hexametro saepe usus est. ex Mallii Theodori libro de metris cum quaedam de communibus syllabis p. 2354 et de hexametro et pentametro p. 2365 tum plurima quae in tertia parte p. 2376 sqq. de variis metrorum generibus leguntur petita sunt. Audacem de scansionibus hexametri p. 2368, de mensura v. *reice* p. 2372 et v. *aqua* p. 2375, de rhythmo et metro p. 2380 secutus est. praeter hos de mensura syllabarum in primis usus est libellis de syllabis finalibus, qui Servii et Victorini nominibus inscripti feruntur, denique ex Charisii quoque et Diomedis libris pauca recepit. Charisium enim in iis quae de v. *torcular* et *pulvinar* p. 2759 et de regula Lucilii in nominibus in ius vel ium finitis scripta sunt p. 2373 secutus est. a Diomede autem commentariolum de generibus carminum in fine libri scriptum recepit.

Alios veterum grammaticorum libros praeter eos quos dixi a Beda adhibitos esse non inveni, neque quidquam omnino, quod quidem ex antiquiore doctrina petitus sit, apud eum legitur, quod non in his libris qui nunc extant inveniatur. itaque cum ad supplenda veterum grammaticorum praecepta nihil novi hic liber afferat, in arte recentiorum poetarum vel modernorum versificatorum, quos ipse dicit p. 2354, cognoscenda omnis fere eius utilitas posita est. nam ad horum usum ea quae ab antiquioribus acceperat accommodavit eorumque versus adscripsit. ex his nominatim appellavit hos, Iuvenum, Ambrosium, Prudentium, Paulinum, Prosperum, Sedulium, Venantium Fortunatum, Aratorem. semel p. 2380 Porfirium nominavit, sed eius tamquam pagani se rationem non habuisse dicit. in plurimis tamen exemplis quibus usus est, nomina poetarum omisit. sed haec omnia indagare et ex quibus locis quidque petitus sit indicare ut longum et molestum erat, ita in hoc genere scriptorum parum utile esse videbatur. quare nolui in his eandem operam, quam antiquioribus scriptoribus praestiti, collocare, sed pleraque non indicatis auctoribus vel locis e quibus petita sunt exhibui.

Libri de orthographia quattuor vidi codices manu scriptos, Parisinum 7530, Montepessulanum 306, Leidensem 122, Sangallensem 249. quorum antiquissimus est Parisinus 7530 octavo saeculo scriptus, quem descripsi gramm. lat. v. IV p. XLI. Bedae liber legitur in eo f. 290*—301* *incip. libellus beta* (corr. al. m. *bede*) *presbyteri de orto A littera — peruenit**). in codice Montepessulano 306 saec. IX, cuius supra p. 85 in Capri et Agroecii libris mentionem feci, hic liber omisso Bedae nomine cum aliis de orthographia libris scriptus est ita, f. 102*—107* *Me legat antiquas — sabbati* p. 2327—2350 P., f. 107*—109 *De ortographia Ortographia grece latine recta scriptura* (Isidor. I, 26) — *per a et i scribendum est*, f. 109*—116 *incipit liber de ortographia A littera etiam nota — sermo peruenit*. codicem Leidensem bibl. publ. 122 tres Bedae libros continentem modo commemoravi. codex Sangallensis 249 ex duabus partibus compositus est, quarum prior octavo, posterior nono saeculo scripta esse dicitur in indice codicum Sangallensium (Verzeichniss der Handschriften der Stiftsbibliothek von St. Gallen) p. 92. in priore parte Bedae liber scriptus est p. 1—41, *Liber Bedae famuli Christi de orthographia A littera — peruenit*: sequuntur Capri et Agroecii libri. in altera parte primum orthographia Albini scripta est p. 62—91, *Aeternus aetas aeternum per duo u — sabbati XPC per X et Xrisma finit amen*, deinde excerpta Terentii Scauri, cf. supra p. 4. praeterea in codice Parisino 4841 decimo saeculo scripto pauca ex initio libri leguntur, *incipit liber de orthographia Bedae presbyteri A littera etiam nota praenominis est* sqq. duos codices Harleianos 3826 et 3969 commemoravit Gilesius Bedae op. v. VI praef. p. II. denique manu scripto codice usus est Caspar Barthius. nam ex hoc libro petita sunt quae ille tamquam inedita posuit advers. I. XXXVII c. 14 p. 1693.

Horum codicum tres quos primo loco posui, Parisinum et Leidensem a me olim cum Putschii editione collatos et Montepessulanum a Duebnero excussum, ad editionem adhibui. e quibus Parisinus codex quamvis neglegenter scriptus tamen, quoniam diversa a reliquis duobus origine est, non nullis locis veram scripturam solus servavit. Montepessulanus et Leidensis ex uno archetypo videntur descripti esse. quare ea quae in alterutro ex his solo leguntur altero cum scriptura Parisini codicis consentiente auctoritatem non habent, sed errori vel arbitrio scribentis tribuenda sunt. Leidensi codici, qui maxime hoc genere mutationum et interpolationum corruptus est, similis fuit is ex quo olim cum reliquis Bedae scriptis hic liber editus

*) De origine codicis memorabile est quod post v. *diastole graece latine interdictum* p. 2784 eadem manu scripta est germanica interpretatio *forboten*. ex quo apparet vel ipsum codicem vel eum ex quo haec pars descripta est in Germania scriptum esse.

est, eandemque formam repetivit Gilesius Bedae op. v. VI p. 1 sqq. nam quamquam codicem Harleianum 3826 nono saeculo, ut ait, scriptum adhibuerat, tamen pauca ex eo codice emendavit, reliqua ex editione Basileensi a. 1563 expressit; codicis autem scripturam paucis locis in fine editionis adnotavit. inter grammaticos autem hunc Bedae librum non inveni receptum ante Putschium, qui eum tamquam incerti scriptoris librum, sed Bedae vulgo tributum in fine operis p. 2775 sqq. collocavit. mihi vero propositum fuit ut remota prava et saepe manca scriptura editorum exemplarium ad fidem manu scriptorum librorum lectionem revocarem. in quo maxime Parisinum et Montepessulanum codicem secutus sum; rarius Leidensis codicis scriptura cum vulgata consentiens recipienda fuit. lectiones autem codicum accuratius, quam per se in hoc scriptore desiderabatur, indicandae erant, propterea quod multa a Beda ex antiquioribus auctoribus deprompta sunt, quae siquis cum iis quae nunc apud illos feruntur comparare vult, sciendum est, quid in libris manu scriptis legatur.

Antiquae autem eruditionis reliquias apud Bedam inventas in primis Charisio et Diomedem deberi dixi gramm. lat. v. I p. XXIII. a Charisio enim et nomina grammaticorum, quaecumque in hoc libro leguntur, et plurima veterum scriptorum exempla petita sunt. quamquam copiae veteris grammatici a Beda ita circumcisae sunt, ut pauca in his excerptis relictis sint, quae ad corruptam in codice Charisii scripturam emendandam aliquam utilitatem habeant. sed praeter ipsius Charisii librum Beda adhibuit excerpta similia Bobiensibus illis quae post Charisium edidi. nam et vocabula quaedam quae in his solis leguntur recepit, ut p. 2790 *luter*, p. 2795 *proverbium*, et exempla quae a Charisio omissa, in excerptis addita sunt exhibuit, p. 2788 *iuga* versus Vergilii, p. 2794 *pax* exemplum Sallustii: cf. Charis. p. 33, 30, 32, 6 et exc. p. 550, 5, 548, 8. semel p. 2799 in v. *sulphur* et *scrupulus* ipse addidit exempla Vergilii et Terentii, quae neque apud Charisium neque in excerptis leguntur, sed saepius ab aliis grammaticis adhibita sunt. cum Diomede praeter ea quae in initio libri de notis litterarum scripta sunt maxime consentiunt adnotationes de praepositionibus *ab* et *ex* p. 2776, *in* p. 2788, *pro* p. 2794, *super* p. 2798, *sub* p. 2799 et de adverbio *ut* p. 2803: cf. Diom. p. 411 sqq. et p. 408, 10. nam quae praeterea ad eundem auctorem referri possunt de nominibus et constructione verborum leviora sunt et ab aliis etiam peti poterant. illa vero de litteris et de praepositionibus etiam in arte Dosithei p. 13 sqq. et p. 42 sqq. scripta sunt, et non nulla ex his accuratius quam ea quae apud Diomedem leguntur cum excerptis Bedae consentiunt. quare haud scio an haec vel ex ipso Dosithei vel ex simili libro potius quam a Diomede repetenda sint. deinde vero Capri et Agroecii libri de orthographia saepissime a Beda usurpati sunt. nam et ex orthographia Capri, quem

librum eodem modo, quo nunc in manu scriptis codicibus fertur, scriptum habebat, plurima recepit et Agroecii praecepta ordine litterarum disposita fere omnia in suum librum transtulit. huc accedit magnus numerus adnotationum quae in definiendis differentiis vocabulorum vel elocutionum similia significantium versantur, quarum adnotationum pars nunc etiam in libris de differentiis qui manu scriptis libris traditi sunt invenitur. ea quae de diversis significationibus verbi *sero* scripta sunt p. 2801 leguntur in explanationibus Donati gramm. lat. v. IV p. 542, 24, quamquam eum librum aliis locis a Beda adhibitum esse non inveni. sed illi in hac parte praeterea parata fuerunt glossaria, in quibus cum latinis verbis composita erant graeca, e quibus eas potissimum adnotationes recepit, quibus complura verba latina, ut ea non diversa esse significatione doceret, uno graeco reddi docuit. num orthographos a Cassiodorio excerptos habuerit dubito. nam et pauca sunt quae huc referri possint et ita comparata, ut ex alio potius fonte videantur petita esse, p. 2797 *praestolari* coll. exc. Curt. Valer. p. 157, 22, p. 2804 *urgeo* coll. exc. Papir. p. 164, 22 et de b et v litteris in v. *balvae* p. 2779, *excubiae* et *exuviae* p. 2785, *libidinosus*, *lividus*, *larba* p. 2789, *verbex* p. 2804, quae in Martyrii excerptis tractata sunt. restant pauca quae, cum ab antiquioribus auctoribus petita sint, nunc apud alios grammaticos, quod sciam, non leguntur, in primis haec, p. 2780 *cupio* et p. 2782 *clamo* cum exemplis Ciceronis et p. 2802 *torques* cum exemplis Livii et Ciceronis. ea vero quae ipse Beda his quae ab antiquioribus acceperat addidit in sermone librorum sacrorum et scriptorum ecclesiasticorum, quorum exempla apposuit, versantur. haec de auctoribus quibus Beda usus est breviter dixisse nunc sufficiat. nam accuratius ea de re quaerere et unde quidque petita sit indicare, ad historiam quidem veterum grammaticorum per infimam aetatem latinarum litterarum persequendam haud inutile est, ceterum ad res quae tractantur explicandas opus esse non videbatur.

Alium de orthographia librum Putschius p. 2327 sqq. e codice Bongarsii, qui nunc est Bernensis 338, primus edidit et pro eo de quo modo dixi Bedae nomine inscripsit. nam cum illius codicis scriptura Putschii editio ita consentit, ut dubitari nequeat quin ex eo expressa sit. eundem librum postea Frobenius non cognita Putschii editione ex codice Salisburgensi edidit in Alcuini operibus v. II p. 301 sqq. qua de re in praefatione l. c. scribit haec, 'Beatum Alcuinum de Orthographia scripsisse diserte testatur vitae illius scriptor. similiter Trithemius libr. XI de viris illustribus O. S. Ben. cap. XXVI. et Ioannes Baleus Anglus cent. XI. script. Brit. inter opera Alcuini recensent librum unum de Orthographia. Latuit vero hoc scriptum omnes etiam solertissimos bibliothecarum veterum scrutatores ad hoc usque tempus; nec quae illius forma, methodus aut conditio esset,

quisquam novit vel prodidit; adeo, ut celeberrimus Cave illud inter perditā recensere non dubitaverit. Nos, cum vetustissimum codicem ms. bibliothecae Illustrissimi Metropolitani Capituli Salisburgensis, numero 71 subnotatum, et circa initium sec. IX. exaratum evolventes incideremus in opusculum orthographicum, inter genuinas epistolas Alcuini ibi descriptas comprehensum, opinari cepimus, id ipsum esse opusculum B. Alcuini hucusque desideratum. Nec opinio, ut confidimus, nos fefellit; idem namque opusculum aequae vetusta manu scriptum sub nomine Albinus Magistri ab amicis ac sodalibus nostris San-Maurianis repertum fuit in bibliotheca Regia Parisiensi, in cod. numero 4841 notato, cui cur fides non adhibeatur, nulla plane causa aut ratio succurrit. in Parisino codice, cuius Frobenius mentionem fecit, praeter fragmentum Bedae supra commemoratum hic liber legitur ita, *incipit orthographia albinus magistri Me legat antiquas — hirrus proprium* p. 2344. eadem inscriptio est etiam in codice Laudunensi 448 saec. IX, in quo post Alcuini librum de arte grammatica hic liber scriptus est, *incipit orthographia albinus magistri Me legat* sqq.: cf. catalogue général des manuscrits des bibliothèques publiques des départements v. I p. 237. in reliquis codicibus quos vidi nomen scriptoris additum non est. sunt autem hi, Montepessulanus 306 et Sangallensis 249, quos modo in orthographia Bedae commemoravi, Bernenses tres, 330 ab Usenero mus. Rhen. v. XXII (a. 1867) p. 416 descriptus, 338, ex quo Putschius, ut dixi, librum edidit, 243, Parisini 7521 et 7553, Sangermanensis 1447. atque ex his quoque Sangermanensis confirmat nomen Albinus praescriptis versibus duobus et viginti ad Karolum regem, *splendida dum rutilat roseis Aurora quadrigis* sqq.: cf. de gramm. quibusd. inf. aet. p. 8, Alcuini op. v. II p. 238 ed. Frob.

Ex his quae dixi satis apparet Bedae nomen, quod Putschius huic libro praescripsit, a libris manu scriptis nullam auctoritatem habere*), sed quoniam multa quae in illius libro leguntur repetita sunt in hoc, Putschius hunc breviorē potius, quem sine nomine auctoris in uno codice scriptum invenerat, quam illum ampliorem, cuius codicem manu scriptum non habebat, Bedae tribuendum esse putavit. praeter orthographiam Bedae autem Albinus excerptis Cassiodorii usus est. ab his duobus auctoribus enim longe maxima huius libri pars repetita est; pauca quae apud illos non inveniuntur, in primis in fine unius cuiusque litterae, ipse Albinus addidit. in quibus Priscianum nominavit p. 2347. ab eodem l. XIII p. 49, 5 excerpta de praepositionibus *pro* et *prae* p. 2342 petivit. ex Capri orthographia p. 100, 5 adnotationem de adverbis *protenus* et *protinus* recepit.

*) In uno codice Reginensi 1587 decimo saeculo scripto, qui olim Nicolai Heinsii fuit, excerptis Albinus, ut videtur, Bedae nomen praescriptum est, *orthographia Bedae recte scribendi Me legat antiquas* sqq.

grammaticum de cacosyntheto appellavit p. 2347. verum ne in his quidem quidquam reperitur quod dignum esse memoria videatur. atque omnino omitti hic Albini liber in nova editione grammaticorum poterat, sicut reliqua quae ab illo et aequalibus eius de arte grammatica scripta sunt, nisi Putschii instituto factum esset ut una cum antiquorum orthographorum libris vulgo usurparetur. quare, ne quid desideraretur quod olim receptum esset, nunc quoque denuo edendum esse librum putavi, praesertim cum multa quae adhuc corrupta in his excerptis ferebantur ex manu scriptis codicibus corrigenda essent. duos autem codices ad eam rem adhibui, Sangallensem, quem cum Putschii editione ipse contuleram, et Montepessulanum, cuius scripturam a Duebnero adnotatam habebam. e quibus Sangallensis cum Putschii editione plerumque consentit, multis tamen locis, in quibus Bernensis codex vel corruptus vel negligentius a Putschio expressus erat, emendatam lectionem praebuit. in Montepessulano codice non solum excerpta alio ordine disposita sed etiam verba scriptoris saepe temere mutata sunt. cum hoc consentiebat Salisburgensis, quem Frobenius expressit. ego Sangallensem codicem maxime secutus sum, cuius scripturam ita repraesentavi, ut, ubi ab ea recedendum esset, discrepantiam in adnotatione exhiberem. ex Montepessulano codice, quocum Frobenii editio sicut dixi, consentit, ea quae rectius in eo quam in Sangallensi libro scripta sunt vel memorabilia esse videbantur adnotavi: nam omnem lectionis discrepantiam et mutatum excerptorum ordinem indicare inutile fuit. eadem ratione in Putschii editione usus sum, ex qua ea quae vel auctoritate codicis vel emendatione editoris rectius in ea quam in manu scriptis libris leguntur vel propter aliam causam hanc curam requirebant indicata sunt.

BEDAE PRESBYTERI LIBER DE ARTE METRICA

I De littera. II De syllaba. III De communibus syllabis. IIII De primis syllabis. V De mediis syllabis. VI De ultimis syllabis nominum pronominum participiorum. VII De *ultimis syllabis* verborum et adverbiorum. VIII De *ultimis syllabis* coniunctionum praepositionum interiectionum. VIII De pedibus. X De metro dactylico hexametro vel pentametro. XI Quae sit optima carminis forma. XII De scansionibus sive caesuris versus heroici. XIII De synalipha. XIII De episynalipha vel diaeresi. XV Quod et auctoritas saepe et necessitas metricorum decreta violet. XVI Vt prisci poetae
 10 quaedam aliter quam moderni posuerint. XVII De metro phalaecio. XVIII De metro sapphico. XVIII De metro tetrametro catalectico. XX De metro iambico hexametro. XXI De metro iambico tetrametro. XXII De metro anacreontio. XXIII De metro trochaico tetrametro. XXIII De rhythmo. XXV Quod tria sint genera poematos.

DE LITTERA

15
 p. 2349 P.

Qui notitiam metricae artis habere desiderat, primo necesse est distantiam litterarum syllabarumque sedulus discat. sunt autem latinae litterae omnes XXI, e quibus quinque vocales appellantur, a e i o u, ceterae omnes consonantes. at de isdem consonantibus septem dicuntur semivocales, f l
 20 m n r s x, ceterae novem mutae, b c d g h k p q t. y autem sextam

F codex Frisingensis 199, nunc Monacensis 6399

L codex Leidensis bibliothecae publicae 122

P codex Parisinus Sangermanensis 1180

flp codicum *FLP* manus secunda

§ lectio vulgata ex editione Parrhasii a. 1504

4 VII De uerborum et (et om. *L*) aduerbiorum VIII De coniunctionum praepositionum interiectionum *FL* VII De uerb. et aduerb. VIII De coniunc. ppos. interiect. *P* 8 de synaliphi *F* de synalypsis *L* 10 fallentio *F* falleucio *L* falleuco *P* 13 anacreontio *FLP* de rythimo *F* 14 sint *FP* sunt *L* poematis EXPLICIUNT CAPITULA INCIPIT LIBER DE ARTE GRAMMATICA DE LITTERA *F* poematos BEDA GUTBERTO LEUTE SALUTEM DE LITTERA *L* Bedae Sacerdotis de metrica ratione liber unicus § 17 sedulo § 19 at de] et de *P*

p. 2349—51 P.

vocalem et z septimam decimam consonantem propter graeca verba, quibus consueve utuntur, adsumpsere Latini. neque enim aliter typum vel zelum vel cetera huius modi quo modo scriberent habebant. qui etiam post perceptionem dominicae fidei H et X et P et Ω graecas litteras, etsi non in alphabeti ordinem recipiunt, divinis tamen paginis inditas continent, H videlicet, quae duplici apud eos scribitur figura, quo modo apud Latinos littera H, intromittentes propter auctoritatem nominis Iesu, X et P propter nomen Christi, Ω propter auctoritatem dominici sermonis 'ego sum' A et Ω. alpha etenim tantum nomine discrepat, ceterum et figura et potestate nostram A aequiparat. nam P Graecorum ab R nostra et figura distat et nomine. porro H et Ω hoc a nostris E et O differunt, quod semper longae sunt. nostrae autem omnes vocales sunt dichronae, hoc est et brevibus syllabis habiles et longis, quo modo et illorum α et ι et υ. namque ε et o semper apud illos breves natura permanent. itaque omnes litterae quibus utimur sunt XXVII, vocales videlicet VIII et consonantes unde-
viginti. sed et de ipsis vocalibus i et u plerumque in consonantium potestatem transeunt, cum aut ipsae inter se geminantur, ut iumentum vinum, aut cum aliis vocalibus iunguntur, ut ianua iecur iocus, vanitas veritas volatus. u quoque non numquam sibi ipsa praeponitur, ut vultus; sed et alterum consonantis locum tenet, cum vel latine avum vel evangelium graece nominamus. mirum autem, quare dixerit Donatus eam interdum nec vocalem nec consonantem haberi, cum inter q litteram consonantem et alteram vocalem constituitur, ut quoniam quidem; nisi forte, quia tam leviter tum effertur, ut vix sentiri queat. videtur autem non esse firma ratio, qua eius sententiam exponentes Pompeius vel Sergius dicunt eam consonantem esse non posse, quia ante se habet alteram consonantem, id est q; vocalem esse non posse, quia sequitur illam vocalis, ut quare quomodo, et ob id eam tunc non esse litteram scribunt. quid enim? numquid, quando scribimus statum, dicendum est t consonantem esse non posse, quod ante se habeat alteram consonantem, id est s? immo et cum

2 utimur L 4 H ET X ET P ET Ω cum a grecas F H et X et P cum
ita et chi cum
A et Ω grecas P H X et P et Ω et A grecas L 7 Iesu] ihū FL nam ε P
8 Ω propter F A Ω propter L A et Ω propter ε P 10 nostram A F nostrum
A LP nostra FL nostro P 14 naturaliter ε P 16 sed de P 17 gemi-
natur F 18 iecur] iecor F 20 avum] aurum FLP 21 dixit P Dona-
tus] p. 367, 16 22 nec vocalem] neccalem F 24 tum] tunc L 25 qua
eius F quā eius P quam eius L quia eius ε pompeius uel sergius P pompeius
uel sergius L pompeius uel sereius F: Pomp. p. 103, 26 Serg. de litt. p. 476, 8
in Don. p. 421, 33 26 habeat L 27 ut quare ut quomodo P 29 statum
Flp statim L fatum P astum ε 30 id est s (vocalem et esse non posse quia
illam uocalis sequitur in marg. add. l) immo et cum dicimus L id est s immo
(et uocalem esse non posse quia illam uocalis sequitur add. ε et in marg. p) et
cum dicimus P ε

p. 2351. 52 P.

dicimus stratum, r esse litteram fatendum est, cum et vocalis sequatur et duae praecedant consonantes, t quoque nihilo minus consonantem, cum eam et praecedat alia consonans et sequatur. i autem hoc habet proprium inter vocales, ut, quotiens locum tenens consonantis alteram ante se in eadem parte orationis habet vocalem, hanc, etsi natura brevis erat, semper positione faciat longam, ut maius peiurium: unde et duplex appellatur. x quoque littera consonans eiusdem potestatis gratia duplex nuncupatur, ut axis. sunt et liquentes litterae quattuor, l m n r, quae diverso quidem modo, sed certa ratione plerumque in metro solitam consonantibus vim amittere, non numquam breves natura syllabas inveniuntur reddere longas.

DE SYLLABA

Syllaba est comprehensio litterarum vel unius vocalis enuntiatio temporum capax, quia omnis syllaba aut brevis est et tempus recipit unum, quod atomum metrici vocant, ut pater, aut longa est et duo recipit tempora, ut mater. hic enim ma, cum dicitur mater, longitudine sui circumflexus tantum temporis bis occupat, quantum pa semel, cum acute dicitur pater. sunt igitur longae syllabae, sunt breves, sunt communes. sed longae duobus modis fiunt, natura et positione. natura quidem bifarie, aut productione videlicet singularum vocalium, ut navis sedes finis omen unus, aut duarum coniunctione, quod diphthongon vocant, ut aevum poena Augustus Euris ei, ut Arator

ei mihi iam video subitis lapsura ruinis

condita fana diu, templi quoque nobilis aedem;

vel cum dicimus Tydeus Tydei, ubi e et i non separamus, sed coniunctim proferimus, ne quintam potius quam secundam declinationem significet. et hoc graeca nomina sortiuntur; in latinis non invenitur haec diphthongus. positione autem longae fiunt syllabae modis sex: cum correpta vocalis aut in duas desinit consonantes, ut ast; aut in unam duplicem, ut dux; aut desinit in unam consonantem et excipitur ab altera, ut arca; aut excipitur ab x duplici consonante, ut axis; aut ab i loco consonantis posita, ut Troia, quae positio non numquam in metris in tres dividitur syllabas, ut est illud,

1 r non esse L sequitur corr. sequatur F 2 t quoque nihil ominis consonantem cum eam et praecedat alia consonans et sequatur L t consonantem cum eam et praedat alia consonans et sequatur F s.t. consonantem cum eam praecedat alia consonans et sequatur P s et t (reliquis omissis) 5 semper ea positione F semper eam positione LP 7 gratia om. L, add. l 9 consonantibus FL consonantium Pl 10 amittere nonnumquam FL amittere solent (et add. P) nonnumquam Pls 14 atomum Pf s atonum FL 18 fiunt L sunt FP bifarie LP bifariae F bifariam s 20 poene F 21 aratur F 23 diu] dium F 24 coniunctum corr. -im F 27 fiunt FL sunt s P 28 aut unam duplicem L 30 duplici] dupli F

arma virum tabulaeque et Troia gaza per undas;
 aut desinit in consonantem et excipitur ab i vel u positus in loco consonantium, ut advena adiumenta. breves vero sunt syllabae quae horum nihil habuerint. quod vero quidam inter longas syllabas adnumerandum autumant, cum correpta vocalis excipitur a duplici littera z, ut Mezentius,⁵ aut a duabus consonantibus, ut agri [vel acres], falluntur. nam et z, quotiens in eadem parte orationis brevem sequitur vocalem, potest eam producere, si sic poeta voluerit, ut gaza; cum vero parte aliqua orationis in brevem vocalem terminata sequens sermo a littera z incipit, nullam producendi habet potestatem, unde est 'nemorosa Zacynthos': et r¹⁰ littera liquens eodem modo, sicut et l, cum in medio sermone brevem sequitur vocalem praecedente qualibet consonante, potest hanc licentia poetica facere longam; cum vero utralibet liquida sequens consonantem in capite fuerit sermonis, non potest longam facere vocalem quae in fine verbi praecedentis naturaliter brevis extiterat. sunt item syllabae quae¹⁵ utroque modo, et natura videlicet et positione, longae sunt, ut dens gens mens mons frons.

DE COMMVNIBVS SYLLABIS

Communes autem syllabae modis fiunt novem, quibus aut naturaliter longae poetica licentia in breves aut naturaliter breves transferuntur in²⁰ longas. brevis quippe transfertur in longam, cum correpta vocalis in eodem verbo a duabus excipitur consonantibus, quarum posterior est liquida: est enim brevis natura in hoc, 'mens tenebris obscura suis'; est longa positione in hoc, 'mortisque tenebras.' in quo Sergius modo iniusto utitur exemplo, 'neve flagella': flagellum enim in capite verbi²⁵ habet liquidam litteram consonanti subiectam, quae positio numquam brevem naturam syllabam verbi praecedentis potest facere longam. item natura brevis syllaba ad votum poetarum transferri potest in longam, cum correpta vocalis in consonantem desinit et excipitur ab h littera: est enim natura brevis in hoc,

porcinum tenuere gregem, niger, hispidus, horrens;
 est voluntate poetae longa in hoc,
 vir humilis maesto deiectus lumine terram,

1 arma] *Verg. Aen. I 119* 3 adiumenta *FP* adiumentum *L* 6 ut agri vel acres *FP* ut acri vel acres *L*: cf. *Mall. Theod. p. 587, 10* 6 nam z *L* 10 unde est et nemorosa *L*: *Verg. Aen. III 270* 15 sunt item *FP* sunt autem *L* 16 videlicet *FP* scilicet *L* 17 mons fons frons 20 poetica *L* poetali *FP* 23 obscura *FP* operta *L* 24 sergius *LP* seregius *F*: *Serg. de syll. p. 478, 29* 25 neve flagella 29 *P*: neve flagello *FL*: *Verg. georg. II 299* 29 enim *om. F* 30 breues *F*

p. 2353. 54 P.

et item

mors fera per hominem miserum sibi subdidit orbem.

ubi item quidam grammaticorum dubium ponunt exemplum, 'terga fatigamus hasta'. nam etsi non h sequeretur, mus tamen esse posset longa

5 poetica licentia, quia plenis pedibus superfuit, sicut hoc quod item ponunt,

omnia vincit amor, et nos cedamus amori,

ubi mor ideo potuit produci, quia post emensos pedes integros partem terminat orationis, tametsi vocalis sequatur. tertius modus est syllabae communis, cum verbum aliquod in vocalem desinens correptam excipitur

10 a duabus consonantibus, quarum prior sit s: est enim natura brevis in hoc Fortunati,

ordinibus variis alba smaragdus inest;

est positione longa in hoc Sedulii,

adveniat regnum iam iamque scilicet illud.

15 cum vero s in capite verbi fuerit consonanti alii subiecta, nequaquam potest ultimam verbi prioris syllabam producere, quae in brevem desierat vocalem, ut Sedulius

stare choro et placidis caelestia psallere verbis,

et Fortunatus

20 vocibus alternis divina poemata psallunt;

falsoque definit Pompeius s non posse liquescere, nisi ipsa antecedit, ut 'ponite spes sibi quisque'. hanc Virgilius et in medio verbo alteri consonanti praepositam, ubi commodum duxit, liquentium | more transiliit,

hortatur Mnestheus nunc nunc insurgite remis;

25 nisi forte hunc versum ita scandendum putamus, ut sit horta spondeus, tur mne spondeus, stheus nunc spondeus, coniunctis scilicet vocalibus, quod diphthongon vocant. unde bene Donatus, cum de liquentibus loqueretur litteris, dixit specialiter de hac 'et s littera suae cuiusdam potestatis est, quae in metris plerumque vim consonantis amittit'. est enim modus

30 quartus syllabae communis, cum post pedem quemlibet una syllaba brevis remanserit de verbo, quae vel in vocalem desinens excipitur a consonante verbi sequentis vel in consonantem desinens excipitur a littera vocali: est enim natura brevis in hoc,

cuius onus leve est, cuius iuga ferre suave est;

3 exemplum ponunt P terga] Verg. Aen. VIII 610: cf. Serv. in Don. p. 424, 15 6 omnia] Verg. bucol. 10, 69 7 integros pedes L 16 desierat LPf deserat F desinerit s 19 fortunatus F 21 definit P di..nit F diffiniuit f definiuit L propeius F corr. pompeius f: Pomp. p. 117, 23 ipsa LPf ipsi F 22 ponite] Verg. Aen. XI 309 23 transiliit ut est hortatur s P: Verg. Aen. V 189 24 nunc semel scriptum habet F, bis LPf 25 ut sit LPf ut F 27 Donatus] p. 368, 2 29 fortasse est item modus quartus in hoc 30 quartus syllabae P

p. 2354. 55 P.

est longa permissu poetico in hoc,

frondea ficus erat cuius in robore nullum,

quod genus syllabae inter longas vel omnino refugiendum vel parcissime usurpandum est. unde et in recentioribus poetis non facile eius invenies exemplum, quamvis et apud Virgilium non rarissimum, apud Homerum⁵ vero frequentissimum reperiatur. item modus est quintus, cum pars orationis desinit in diphthongon sequente statim altera vocali: est enim per naturam longa in hoc, 'Musae Aonides'; est per licentiam brevis in hoc, 'insulae Ionio in magno', quod posteriores poetae magis in una parte orationis fieri voluerunt. unde nec huius exemplum facile in nostratibus¹⁰ poematibus invenies. at cum diphthongus a vocali alterius verbi excipitur, tum hanc per synalipham transiliendam esse dicebant, ut Prosper in praefatione epigrammatum

nec nostrae hoc opis est, sed ab illo sumitur hic ros, *

qui siccam rupem fundere iussit aquas. 15

sextus modus est, ut Donatus ait, cum producta vocalis est vocali altera consequente: est enim longa in hoc,

o utinam in thalamos invisi Caesaris issem;

brevis in hoc,

te Corydon, o Alexi, trahit sua quemque voluptas. 20

quod moderni versificatores in eadem potius parte orationis facere consue- runt, ut 'Eoi venere magi' et

splendidus auctoris de vertice fulget Eous.]

et rursus longa est per naturam ita,

angelus intactae cecinit properata Mariae, 25

brevis per licentiam ita,

exultat Mariae cum prima adfamina sensit.

at cum longa vocalis vel etiam brevis, quae partem terminat orationis, excipitur a vocali, alterius verbi priorem per synalipham absumunt, ut Prosper

nam si te virtute tua ad caelestia credas 30

scandere, de superis pulsus in ima cadis;

quamvis et Arator imitatus veteres dixerit

o utinam nostris voluisses fida iuventus

3 Quod genus — 6 reperiatur *Mall. Theod. 587, 14*

1 permissu (permisso *F* corr. -su *f*) poetico in hoc *LF* in hoc permissu poetico *P* 6 reperiatur quintus modus est *L* 8 Musae] cf. [*Max. Vict.*] de final. p. 230, 18 9 insulae] *Verg. Aen. III 211* 10 unde nec huius exem-
plum facile (facile *om. P, add. p*) *FP* unde huius exemplum facile *L* 11 at
cum *F* ut cum *L* aut cum *P* 16 Donatus] p. 369, 11 18 o utinam] *Lucan. Pharsal. VIII 88*: cf. *Serg. de syll. p. 479, 19* 20 te Corydon] *Verg. bucol. 2, 65* 22 eoi *FL* eoo *≤ P* 23 fulgit *F* 27 exultant *L* 29 absumit *L*

p. 2355. 56 P.

consiliis parere prius, ne litora Cretae
linqueres insani rabiem passura profundi.

septimus modus est, cum pronomen e littera terminatum vocalis statim
sequitur: est enim longa in hoc,

5 non quia qui summus pater est, et filius hic est,
sed quia quod summus pater est, et filius hoc est;
brevis in hoc,

hic vir, hic est, tibi quem promitti saepius audis.
sed et adverbium e littera terminatum communem syllabam facit: est enim
10 longa in hoc Paulini,

donec adspirante deo conatibus aegris;
brevis in hoc Prosperi,

ut morbo obsessis praestanda est cura medendi,
donec in aegroto corpore vita manet.

15 octavus modus est, cum correptam vocalem in eadem parte orationis sequi-
tur z consonans graeca duplex: est enim longa in hoc Iuveni,
difficile est terris adfixos divite gaza;
est brevis in hoc eiusdem,

et gaza distabat rerum possessio fulgens.

20 nonus modus est, quo omnis syllaba novissima versus in quocumque metro
adiaforos, id est indifferens, est et ad voluntatem poetarum vel correpta pro-
ducitur vel corripitur producta, quod frequentius est quam ut exemplis indigeat.

Sciendum est autem quod x littera duplex numquam facit communem
syllabam, sed cum in eodem verbo sequitur vocalem, semper eam habet
25 longam aut natura, ut pax lex lux rex vox, aut positione, ut fax nex nix
nox nux et exul exitus exitium. cum vero in primordio fuerit verbi, non
potest producere finem prioris verbi quod in brevem desierat vocalem, ut
pontibus instratis conduxit litora Xerxes.

n quoque littera pari ratione, ni fallor, cum in medio verbo consonanti
30 alteri fuerit subiecta, praecedentem syllabam sive | natura seu positione
semper longam habet, ut regna calumnia. cum vero in primordio verbi
fuerit alii subiecta consonanti, ut Gnaeus gnarus, profecto ultimam sylla-
bam verbi prioris, si in brevem desierat vocalem, brevem hanc, ut fuerat,

1 consiliis parere LPf consilii sperare F 2 insani FP insanam L
7 brevis in hoc om. L 8 hic vir] Verg. Aen. VI 792 16 iuencii L
20 in quocumque metro adiaforos est id est indifferens est F indifferens est in
quocumque metro quae graece adiaforos dicitur L 21 poetae L 22 quam
exemplis L 26 nox nux et exul FP nux nox exul L 27 finem FP s ulti-
mam syllabam L desierat LP desiderat F desierit s 28 pontibus] Teren-
tian. 1160: cf. Serg. de syll. p. 479, 29 instratis FP in.ratis una littera
deleta L instructis s xerses L 29 in medio uerbo FP in medio uerbi Lf
33 desierat FLP desierit p s hanc et ut fuerat F

p. 2356. 57 P.

remanere permittit neque ullam producendi habet potestatem Prospero teste, qui ait

nec tamen hos toto depellit foedere gnaros,
naturam errantum dividere avitus.

unde et inter liquidas adnumeratur, tametsi non ita ut l et r, quae communes syllabas facere solent.

DE PRIMIS SYLLABIS

Haec de differentia syllabarum paucis dicta sunt, quas etiam exemplis ipse plurimum discernere potest, qui scansionem versus heroici discere curavit. sed qui necdum ad hoc pervenit, hunc interim hortamur syllabas omnium partium orationis ex principio versuum heroicorum diligentius scrutetur. omnis enim versus hexameter, qui sex pedibus, et pentameter, qui quinque pedibus constat, primam habet syllabam longam, quia vel a spondeo vel a dactylo incipit, quorum prior pes duabus longis syllabis consistit, ut dicens, secundus longa et duabus brevibus, ut dicimus. et ideo cum codicem hexametri vel elegiaci carminis adsumis in manus, quamcumque paginam aperiens inspexeris, quemcumque versum aperiens legeris, absque ulla dubietate primam syllabam aut natura aut positione longam invenes, quia nimirum sive spondei seu dactyli constat esse principium.

Item prima saepe syllaba ex compositione figurae deprehenditur, ut si nescias qualis sit pius, ex compositione, quae est impius, qualis sit pius cognoscitur, licet in aliquantis hoc fallat. nam cum dicimus nubere, nu longa est; item cum dicimus innuba aut pronuba, sit brevis nu in compositione: item lux lucis lu longa est, lucerna brevis est: item homo brevis est ubique, humanus longa: 'itur in antiquam silvam', i longa: 'superumque ad lumen ituras', i brevis. sed hoc inveniri raro contingit. verum si quaelibet pars orationis praepositionibus componatur, primas syllabas ex his cognoscimus: nam talis manebit fere omnis composita syllaba, qualis et ipsa praepositio fuerit, ut deceptus abundans, de videlicet longa et ab brevis. item ex ipsis praepositionibus ad et ob et in et

3 nec tamen hos toto depellit foedere gnaros $\leq P$ nec t'm' hos toto depellit federe gnarus F' nectimus hos toto depellit corpore gnarus L 4 errantum Lp errantium P errantium *corr.* -tum F' auicus L 5 annumeratur tametsi (*superscripto* quamvis l) L anumeratur tamsi F' adnumeratur (*corr.* -atur p) tamen etsi P 8 sunt LP , *om.* F , sint f quas suis etiam L 10 curavit FL curabit *corr.* curaverit P curabit $\leq$ sed et qui $\leq P$ 13 syllabam longam habet L quia vel Lf qui vel F quae vel $\leq P$ 15 consistit FP constat L 16 quamecumque paginam aperiens insperis quae (*corr.* inspexeris quē f) cumque uersus aperiens legeris F 17 uersum arripiens $\leq P$ 19 quia LPf qui F sine dactili seu spondei L 21 qualis sit pius *posteriore loco om.* L 24 lu longa est P longa est lu L : lu *om.* F 25 itur] *Verg. Aen. VI 179* 26 superumque] *Verg. Aen. VI 680* iturus L inuenire F 27 qualibet F' 30 ob in FLP

p. 2357. 58 P.

sub diverse in verbis ponuntur: nam corripuntur, cum crescendo disyllaba reddunt, ut adit obit inquit subit; indifferenter sunt, cum trisyllaba faciunt, ut adicit obicit inquit subicit; producuntur tantum, cum tetrasyllaba ex se reddunt, ut adicio obicio inquit subicio. item producuntur quae per prae
5 et per quae in primis syllabis scribuntur; breviantur vero pretium precor premo prebendo et queror, hoc est querelam depono, et quae ex his per derivationem vel declinationem vel compositionem fieri possunt et quae coniunctio. item contra breviantur ex isdem praepositionibus in compositione, ut dehinc profectus professus profusus profatus proavus pronepos et cetera.

10 Sunt item aliquanta verba quae primas syllabas temporum ratione permutant, quae subter collecta in omni praeterito perfecto vel in omni praeterito plusquamperfecto vel in uno futuro modi tantum coniunctivi producuntur, in ceteris autem modis et temporibus breviantur, ut sunt haec, lego legi cum legero, faveo favi cum favero, venio veni cum venero,
15 fugio fugi cum fugero, facio feci cum fecero, sedeo sedi cum sedero, fodio fodi cum fodero, video vidi cum videro, voveo vovi cum vovero, foveo fovi cum fovero, iuvo iuvi cum iuvero, ago egi cum egero, emo emi cum emero, lavo lavi cum lavero, odio odi cum odero, sero sevi cum severo, sino sivi cum sivero, [cavo ceci cum cevero] caveo cavi cum cavero. item
20 contra inveniuntur quae in praesenti tempore producta sunt et in praeterito breviantur, ut sunt haec, pono posui, cogo coegi, do dedi, sto steti. item omnia verba quae in praeteritis ante crescunt in primis syllabis breviantur, ut pendo pependi, tondeo totondi, posco poposci, curro cucurri, tendo tetendi, pello pepuli.

25 Item in verbis quae eisdem litteris scribuntur notandum quod liber, si librum significat aut corticem, brevem habet li, si liberum, longam. pila, si vas significat, longam habet pi, si sphaeram, brevem. securus longam se, securis brevem. domus | brevem do, doma, id est tectum, longam.

1 diuersae FL disyllaba (verba add. l) reddunt L disyllabam (ex se add. p) reddunt FP disyllabum ex se reddunt 2 indifferentes sunt 3 ut adicit — reddunt om. P, add. p tetrasyllaba L tetrasyllabam Fp tetrasyllabum 5 praetium praecor F 6 et om. F, add. LP quaelam F 9 profatus] profestus Putschius 11 vel in omni praeterito plusquamperfecto om. F, add. f 12 coniunctiui P, corr. coniunctiui F 13 autem om. P 14 favero] pauco paui cum pauero al. man. add. P 15 cum sedero foueo foui cum fouero uideo uidi cum uidero uoueo uoui cum uouero fodio fodi cum fodero iuvo P fodio] fodeo F 16 uoueo uoui cum fouero iuvo F foueo fovi cum fovero om. L, add. l 18 labo laui cum labero odio odi cum odero F odio odi cum odero lauo laui cum lauero L sero] seuo F 19 sivi] sini F cauo ceui cum uero caueo caui cum cauero F caueo ceui cum ceuero (decipio inde cauilla-
tor superscr. l) caueo caui cum cauero L caueo caui cum cauero P 21 breuiatur ut pro haec F 23 pendeo pependi tondo F 27 speram FL longam habet se L

p. 2358. 59 P.

plaga cum clima significat, brevis est pla, cum vindictam, longa. palus paludis, brevis est pa, palus pali longa. populus cum vulgus significat, brevis est po, cum arborem, longa. nitens a nitore, brevis ni, nitens a nisu longa. item educo educis, longa du, educo educas, id est nutrio, brevis. concido decido incido occido, si ad casum pertinent, correptam⁵ habent ci, si ad concisionem, productam. colo colis, brevis co, colo colas producta. placo placas producta pla, placeo places correpta. pareo pares, id est appareo sive obtempero, producta pa; paro paras, id est praeparo, et pario paris correpta. parentes, cum apparentes significat, producta pa; cum genitores, correpta, sicut et parientes. idem, si neutri generis est,¹⁰ corripitur, si masculini, producitur in utroque numero. levitas, si instabilitatem mentis designat aut pusillitatem ponderis, brevis est le; si lenitatem tactus, unde ligna in aedificio levigata dicuntur, longa est le.

DE MEDIIS SYLLABIS

Medias syllabas tribus modis cognoscimus, positione et diphthongis¹⁵ et accentu. sed de positione et diphthongis supra tractavimus. accentus autem quasi adcantus dictus, quod ad cantilenam vocis nos faciat cognoscere syllabas. qui vocis accentus duo sunt ad ea quae tractamus necessarii, correptus et productus. correptus est, quotiens sine ulla mora vocis medias syllabas enuntiamus, ut moenia tabula. productus est, quotiens²⁰ medias syllabas cum aliqua mora vocis exprimimus, ut fortuna natura. sciendum est tamen quia illa quae in verbis i correpta proferuntur, cum in medium venerint et ipsam i in e mutaverint, ut legis lege legere, ubique breviantur, excepto cum a tribus excipiuntur consonantibus b et m et t, ut legēbam legēmus legētur. cetera melius accentibus colliguntur.²⁵ qui accentus in trisyllabis et tetrasyllabis et deinceps ita considerandus est, ut si quaeratur 'amicissimorum' quibus syllabis constet, ediscimus primam brevem exemplo, | ut 'nimium dilexit amicum'; secundam longam accentu invenimus; tertiam longam positione; quartam brevem accentu, quia, cum dicimus 'amicissimus', paenultimam cum brevi accentu invenimus;³⁰ quintam accentu longam. ultima vero qualis sit, per singulas partes orationis monstrabimus in ratione subiecta.

14 DE MEDIIS SYLLABIS *Serv. de final. 451, 9*

4 enutrio $\leq P$ 6 habet ci L colas productam F 12 designat FL significat P 13 aedificio LPf aedificatio F 15 positione diptongis accentu L 17 post autem add. est l faciat corr. facit LP 19 est post correptus om. F 22 ille F corr. illa f cum medium F 25 cetera autem melius L 26 in trisyllabas et tetrasyllabas F considerandus est $\leq P$ *Servius*, consideran | est F considerandi sunt L 27 constet] & stet F ediscimus] et dicimus vulgo apud *Servium* 28 nimium] *Verg. Aen. VIII 430* secundam cum longo accentu $\leq$ 31 ultima L *Servius*, ultimā FP 32 monstrabunt rationes subiectae *Servius*

DE VLTIMIS SYLLABIS NOMINVM PRONOMINVM
ET PARTICIPIORVM

Nominativus singularis has habet breves, a, ut citharista vinea toreuma, e, ut sedile, o, ut ordo virgo, u, ut cornu, el, ut mel, il, ut vigil, ul, 5 ut consul, m, ut tectum, en, ut carmen, us, ut iustus cursus cedrus nemus, ir, ut vir, or, ut doctor, t, ut caput; has item longas, i, ut frugi, il uno etrusco, ut Tanaquil, ol, ut sol, as, ut facultas, c, ut allec. item haec sunt quae in monosyllabis producuntur, in disyllabis autem et trisyllabis vel in ceteris polysyllabis corripuntur, ar, ut far Nar Caesar, er, 10 ut ver pater, ur, ut fur murmur, is, ut vis glis lis fortis, al, ut sal Hannibal. item torcular et pulvinar producta, quia quibusdam placuit hoc torculari dici, non torcular, et hoc pulvinare, non pulvinar. es terminatus, si quintae fuerit declinationis, producitur, ut dies; si tertiae, tunc longa est, cum genetivus singularis non crescit, ut labes caedes tabes pubes 15 clades fames vulpes claves aedes sedes strages Hercules proles nubes, quamvis quidam nubs nominativum enuntiare maluerint; vel cum crescens e productam antenovissimam syllabam habuerit, ut merces quies, mercedis quietis; vel cum monosyllaba fuerint nomina aut de monosyllabis ducta, ut pes bipes sonipes. ubi notandum quod pes, sicut et sal et par, cum mono- 20 syllabum est, longum est; at cum per alios casus declinari coeperit, primam syllabam corripit. item Ceres paries aries abies nominativo et vocativo casu es producunt; at in ceteris casibus e corripunt. breviatur vero es, si aut e in i mutaverit in genetivo crescente, ut miles militis, aut brevem habuerit, ut seges segetis. os monosyllabum, | si ora significat, 25 producitur; si ossa, breviatur. quae tamen os syllaba, cum in disyllabis vel in trisyllabis venerit et media syllaba genetivi producta natura permanserit, tunc longa erit, ut nepos nepotis; si vero correpta, breviatur, ut compos compotis. us, cum in genetivo crescente longa permanserit, producitur, ut virtus virtutis, tellus telluris, excepto uno palus, quod in

1 DE VLTIMIS SYLLABIS *Serv. de final.* 451, 27 11 torcular *Charis.* 26, 17. *exc. Char.* 541, 4

5 ut tectum] utecum *F* 7 il (uno *add. l*) etrusco tanaquil *L* 10 lis *om. L, add. l* 13 quintae fuerit declinationis *Lf* quintae declinationis fuerit *P* quintae fuerit terminatus *F* 14 labes caedes tabes *FL* labes tabes caedes *P* pubes *LP* pudes *F* puppes $\leq$ 15 claves *om. \leq P, add. FL* strages] stages, ut videtur, corr. frages *F* 16 enuntiare *P* maluerint *L* maluerunt *FPl* 19 sal et *om. F, add. f* cum monosyllabum est *L* cum monosyllaba est *P* commune (corr. cummono) syllaba est *F* 20 longa est *FLP* at cum *LP* aut cum *F* 21 paries aries *FL* aries paries *P* 22 casu es producunt *L* casum es producunt *F* casu producunt *P* casu producuntur $\leq$ 24 monosyllabam *L* monosyllaba *FP* 27 tunc *FL* tum *P* correpta erit $\leq P$ 28 crescente n longa $\leq P$ 29 excepta *F*

p. 2360. 61 P.

genetivo dis terminatur, palus paludis: unde est 'sterilisque diu palus aptaque remis'. si vero in genetivo crescente correpta [quia mutata] permanserit aut non creverit, breviatur, ut pectus pectoris, vulgus vulgi. genetivus dativus et ablativus producuntur. sed genetivus, cum tertiae fuerit declinationis, cum ablativo suo e tantum littera terminato breviatur, ut a fonte fontis; excepto uno quod producitur, ab hac fame, quia veteres huius famei, non huius famis, et huic famei, non huic fami declinabant. ubi notandum quod nomina quintae declinationis, quae in ei litteras genetivo et dativo casu terminantur, et has divisas et utramque longam habent, ut faciei diei fidei. accusativus brevis est semper, vocativus similiter, excepto cum i terminatur, ut Laurenti: ubi notandum quod nomina quae in ius terminantur in genetivo casu duplici i efferuntur, in vocativo simplici, in utroque longa, ut filius filii, o fili; vel certe vocativum in e correptam terminant, ut impius impie. qui etiam vocativus, dum similis nominativo fuerit, regulam nominativi sequitur, ut haec paupertas et o paupertas. nominativus accusativus et vocativus pluralis in masculino et feminino genere producuntur, corripuntur in neutro. ambo et duo, si neutra sunt, corripuntur; si masculina, producuntur. genetivus in omnibus brevis est. dativus et ablativus, si is terminantur, longi sunt, ut doctis; si bus, breviatur, ut rebus.

Hac regula omnia nomina pronomina participia continentur. sed pronominis declinatio in hoc tantum differt, quod in monosyllabis, quae vocalibus terminantur, ut me te se tu qui, aut vocalibus constant, ut o, in quolibet casu producuntur. sed genetivus, cum us finitur, breviatur, ut illius; dativus vero, sicut in nomine, semper longus est, excepto mihi tibi sibi, quae indifferenter poni possunt. sic reliqui quoque casus regulam sumunt ex nomine.

In graecis vero nominativus singularis has habet breves, a, ut ecclesia baptisma; as, cum genetivus dos habuerit, ut Arcas Arcados, Pallas Pallados; os, cum in genetivo diphthongon habuerit, ut Delos Deloy: longas vero has, e, ut schole synagoge, quae latina consuetudo in a terminat; o, ut Dido, an, ut Titan, en, ut lien Siren, in, ut delphin, on, ut Memnon,

1 unde est sterilisque L unde est haec sterelisque FP unde est hoc sterilisque s. fortasse unde est et sterilisque. Hor. a. p. 65 2 correpta quia mutata permanserit FP non permanserit L. si vero in genetivo crescente correpta u permanserit aut mutata fuerit aut non creverit edidi apud Servium p. 453, 1. Beda corruptam scripturam e codice Servii repetivisse videtur, quae deinde in L correctae est 3 breuiatur FP corripitur L 7 non huic fami om. F, add. f

10 ut faciei diei exceptis tribus fidei rei spei s. al. exceptis tribus fidei spei rei in marg. l uocativus similiter Lf uocativus semper similiter P: similiter om. F 13 in utroque longa FP in utroque longam habent Lf 14 terminat F 26 possunt] potest F 30 delos delei FLP Delo Delov s 32 siren Lf sirien FP

p. 2361. 62 P.

er, ut aer aether, as, ut Aeneas, es, ut Anchises. genetivus breviatur, cum dos vel tos habuerit in fine, ut Arcados poematos; dativus, cum i, ut Palladi; accusativus, cum a vel on, ut Thesea Delon; alias longus est. vocativus, cum a terminatur, in masculinis tantum longus est, ut Aenea:
 5 nam in femininis corripitur, ut cathedra: e terminatus producit, ut schole synagoge pentecoste parasceue, exceptis his quorum nominativus os terminatur, ut Petros Petre: i terminatus corripitur, ut Alexi: o finitus producit, ut Dido. nominativus et vocativus pluralis, cum a vel es terminantur, breves sunt, ut rhetores charismata; alias longi sunt, ut ecclesiae.
 10 genetivus longus est, si tamen graece fuerit declinatus, ut laon cedron, id est populorum cedrorum. dativus in terminatus corripitur, ut Arcasin; alias longus est, ut lais, id est populis. accusativus, si as fuerit terminatus et a genetivo singulari venerit os finito, corripitur, ut Arcados Arcadas; alias productione laetatur, ut ecclesias.

15 DE VLTIMIS SYLLABIS VERBORVM ET ADVERBIVM

In verbis primae coniugationis producuntur a et as, ut ama amas; in secundae e et es, ut sede sedes; in tertiae productae i et is, ut nutris; in tertiae correptae breviantur e et is, ut cerne cernis. in omnibus o corripitur, ut amo sedeo | cerno nutrio, tametsi auctoritas variet.
 20 eadem in infinitivo modo paenultima syllaba a et e et i productas habent, ut amare sedere nutrire; item e correptam, ut cernere, similiter in aliis modis productis eisdem vocalibus amarem amares amaret et cetera ad suam formam; e correpta in verbis tertiae coniugationis correptae, ut cernerem cernereres cerneret et cetera. item es corripitur, ut sum es et cetera quae
 25 ex his componi possunt, ut adsum ades, possum potes. item faxis velis adsis longa sunt, quia pluralis numerus ea producit, cum dicimus producta media adsitis velitis faxitis. omnes in verbis novissimae syllabae quae sunt huius modi, ut res et ses, longae sunt, quia producit eas numerus pluralis, ut amares amaretis, amasses amassetis. item producenda sunt quae
 30 in c terminantur, ut fac dic duc induc, aut in i, ut amavi amari, aut in u, ut amatu. corripuntur autem quae in m, ut amem, vel in r, ut

15 DE VLTIMIS SYLLABIS VERBORVM etc. Serv. de final. 454, 3 [Max. Victor.] de final. 236, 15

5 cathedra ς P cathera F chatena L 7 us (corr. os p) terminatur ut petrus (corr. -os p) P 8 terminantur F terminatur LP 9 breves sunt L brevia sunt FP carismata F karismata L 12 lais] lays P id est om. FP, add. L 13 finito] finitur corr. -tu F 15 VLTIMIS SYLLABIS om. FP, add. L 19 cerno nutrio FP nutrio cerno L 20 penultima syllaba FP penultimas syllabas L 23 e correptā L 24 cerneret om. FP, add. L et cetera quae FP et quae L 27 uelitis faxitis FP faxitis uelitis L 28 longa sunt F 31 in m (em F) ut amem uel in r (er corr. r P) ut amer FP in em aut er ut amem amer L

p. 2362. 63 P.

amer, vel in us, ut amamus, vel in t, ut amat, vel in re, ut amare, vel in tis, ut amatis.

Adverbia quae in a terminantur productione gaudent, ut una. quae vero in e, si ex nomine veniunt et comparationis gradus servant, ut docte doctius doctissime, producuntur; si autem a se nascuntur, ut saepe, aut non comparantur, ut rite, aut in comparatione deficiunt, ut bene male, breviantur. i finita, praeter quasi ibi et ubi vel quae ex ipsis fiunt, ut sicubi, producuntur, ut heri. o indifferenter accipitur, ut falso. u producit, ut noctu. l et r breviantur, ut semel pariter, ul, ut simul, m. ut tam. n vero excepto non et en ubique breviantur, ut forsan. s brevitur, ut magis funditus, excepto cum a praecesserit, ut alias. c producit, ut hic illic adhuc. monosyllaba producuntur, ut cur plus, exceptis bis et ter. verum ne dupliciter profertur: nam producit, cum prohibendo dicitur, ut scrutari ne cura procax abstrusa labore, vel cum ponitur pro ut non, ut idem Prosper ait

et vindicta brevis sic noxia crimina finit,

ne sine fine habeat debita poena reos;

corripitur autem, cum interrogando vel increpando ponitur, ut

tunc cruenta, ferox, audax, insane, rebellis.

es in numeris corripitur, ut toties quoties septies decies. |

DE VLTIMIS SYLLABIS CONIUNCTIONVM PRAEPOSITIONVM INTERIECTIONVM

Coniunctiones fere omnes corripiuntur. sed quae a vel i terminantur, excepto ita quia nisi, producuntur, ut propterea interea si etsi. quae in n desinunt, si a vel i ante eam habuerint, producuntur, ut an sin alioquin; ceterum breviantur, ut tamen. quamvis producit. ceterae breviantur, exceptis eis quae positione sunt longae, ut ast aut.

Accusativae praepositiones solae quae in a exeunt producuntur, ut intra, et una monosyllaba cis. ablativae vero corripiuntur omnes, ut ab, exceptis monosyllabis quae aut vocalibus constant, ut a, aut vocalibus terminantur, ut de. communes praepositiones correptas esse liquet, ut in super. nec de loquularibus praepositionibus reticendum, tametsi non in fine, sed in principio semper verborum ponantur, quae sunt am co con

2 in tis F in is LP 3 terminant F 9 l et r LP el et er F 10 non et en ubique P non et (an add. f) ubique F non et en et an ubique L s breviantur F 13 nam producit F 15 Prosper] prosunt F 18 autem cum interrogando L aut cum interrogando F autem cum aut interrogando P vel increpando F 19 infane repellis F 20 es in numeris ut toties quoties septies corripitur P 21 VLTIMIS SYLLABIS om. FP, add. L 24 ita quia FP quia ita L si etsi FP si et ni L 25 habuerit F 28 in a exeunt L in a eunt FP 32 de loquae laboribus F 33 principio] printio F

p. 2363. 64 P.

di dis re se, quod am et dis positionem quaerunt, ut amplector disiungo, et ideo longae fiunt; co dichrona est, ut coerceo conecto; con longa, ut conicio; di longa, ut dirigo; se longa, ut secerno. re autem ubique breuiatur, ut remitto, excepto cum 'refert' distat significat, ut

5 praeterea iam nec mutari pabula refert,
et uno verbo reicio, ut

reice, ne maculis infuscet vellera pullis.

Omnes interiectiones, si monosyllabae fuerint, producuntur, ut heu; ceterae vero exemplo similium partium orationis aestimandae sunt. item
10 interiectiones omnes, ut Audacius ait, quia de graeco sermone mutuati sumus, ideo in novissimis syllabis fastigium capiunt, ut papae attat. eodem modo et ceterae similiter vel acutum vel circumflexum in ultimo sumunt accentum.

DE PEDIBVS

15 Pes est syllabarum et temporum certa | dinumeratio, dictus inde, quod hoc quasi pedali regula ad versum utimur mensurandum. sunt autem pedes disyllabi quattuor, trisyllabi octo, tetrasyllabi sedecim, singuli nominatim distincti. at qui ex his geminatis ad crescunt sine nomine generaliter syzygiae, id est coniugationes, dicuntur. unde fit omnes pedes, a disyllabis
20 scilicet usque ad hexasyllabos, CXXIII colligi, de quibus in Donato plenissime quisque velit inueniet. sed nos in praesenti opusculo disyllabos tantum et trisyllabos meminisse sufficiat. ergo disyllabi quattuor hi sunt, pyrrichius ex duabus brevibus temporum duum, ut amor; huic contrarius est spondeus ex duabus longis temporum quattuor, ut aestas: iambus ex
25 brevi et longa temporum trium, ut parens; huic contrarius est trochaeus ex longa et brevi temporum trium, ut versus. trisyllabi octo hi sunt, tribrachus ex tribus brevibus temporum trium, ut macula; huic contrarius est molossus ex tribus longis temporum sex, ut Aeneas: anapaestus ex duabus brevibus et longa temporum quattuor, ut pietas; huic contrarius

14 DE PEDIBVS Donat. 369, 16. Serg. 480, 4

1 ut] et F disiungor L 2 longae fiunt F longae sunt LP 5 praeterea] Verg. georg. III 548 6 uno uerbo L unum uerbum FP 7 reice] Verg. georg. III 389 uellere F 9 aestimanda F 10 audacius F: cf. Audax in recapitulatione de accentibus p. 40 Interiectiones omnes, quia de graeco sermone mutuati sumus, ideo in novissimis syllabis fastigium capiunt, ut papae attat ehem, et ceterae similiter vel acutum vel circumflexum in ultimo sumunt quia] quae FP quas L 12 uel (cum add. f) acutum uel circumflexum FP uel cum acutum uel cum circumflexum L 18 at qui F atque LP, atque ex his geminatis ad crescunt sine nomine qui generaliter 5 geminatis corr. -ti P 19 coniugationis F 20 scilicet om. LP, add. F 21 quis quae uelit inueniet Lp quisq; uellit inueniet F quis quae ueniet P 24 ex duabus longis om. FP, add. L 25 est ante trochaeus om. F, item in reliquis pedibus

p. 2364. 65 P.

est dactylus ex longa et duabus brevibus temporum quattuor, ut regula; amphibrachus ex brevi et longa et brevi temporum quattuor, ut harena; huic contrarius est amphimacrus ex longa et brevi et longa temporum quinque, ut impotens: bacchius ex brevi et duabus longis temporum quinque, ut poetae; huic contrarius est antibacchius ex duabus longis et brevi temporum quinque, ut natura. hos sequuntur, ut dixi, pedes tetrasyllabi XVI, pentasyllabi XXXII, hexasyllabi LXIII. sed haec interim nostro operi, quod de arte metrica cudimus, satis esse putamus.

DE METRO DACTYLICO HEXAMETRO VEL PENTAMETRO

Metrum dactylicum hexametrum, | quod et heroicum vocatur, eo quod 10
hoc maxime heroum, hoc est virorum fortium, facta canerent, ceteris omni-
bus pulchrius celsiusque est. unde opusculis tam prolixis quam succinctis,
tam vilibus quam nobiles aptum esse consuevit. constat autem ex dactylo
et spondeo vel trochaeo, ita ut recipiat spondeum locis omnibus praeter
quintum, dactylum praeter ultimum, trochaeum vero loco tantum ultimo; 15
vel, ut quidam definiunt, spondeum ultimo loco semper et omnibus prae-
ter quintum, trochaeum vero nusquam, quia, etsi ultima brevis est natura,
tamen spondeum facit ad votum poetarum, qui, ut praediximus, ultimam
versus omnis syllabam indifferenter accipiunt. alioquin legitimum numerum
viginti quattuor temporum versus hexameter non habebit, quia tot illum 20
pro sui perfectione habere decebat, quot habet libra plena semuncias.
huius exemplum

culmina multa polos radianti lumine complent.
hoc metrum post Homerum heroici nomen accepit, pythium antea dictum,
eo quod Apollinis oracula illo sint metro edita. 25

Huic cognatum est et quasi familiariter adhaerens, ita ut sine ipsius
praesidio numquam id positum viderim, metrum dactylicum pentametrum,
quod recipit spondeum loco primo et secundo, dactylum locis omnibus,
catalecton in medio et fine. huius exemplum

laetanturque piis agmina sancta choris. 30
huius metri versus quidam ita scandendos adstruunt, ut quinque absolutos
pedes eis inesse doceant, spondeum sive dactylum loco primo et secundo,
spondeum tertio semper, quarto et quinto anapaestos, veluti si dicas 'quaerite
regna poli, quaerite regna poli', quaerite dactylus, regnapo dacty-

11 ceteris — 15 tantum ultimo *Mall. Theod.* 589, 23 27 metrum dacty-
licum pentametrum *Mall. Theod.* 590, 2

10 et om. ς P, add. FL 16 definiunt FPI definiuit L: cf. *Victorin. de metr.* p. 208, 26 18 quia ut L 20 quia tot L quae (corr. qua) tot F q..tot P

24 accipit F 25 sint metro P metro sint L sunt metro F 33 quaerite
regna poli semel scriptum habent LF, postea deletum in L, bis scriptum Pf

p. 2365—67 P.

lus, liquae spondeus, ritere anapaestus, gnapoli anapaestus. quod rationi
eiusdem metri, ni fallor, minus videtur esse conveniens, cum universi
qui hoc metro usi sunt versum omnem in medio diviserint | et duabus
penthememeris constare voluerint, quarum prior dactylum sive spondeum
5 licenter utraque in regione reciperet, posterior solos dactylos in utraque.
hoc autem et superius metrum ubi iuncta fuerint, elegiacum carmen vocatur.
elegios namque miseros appellant philosophi, et huius modulatio carminis
miserorum querimoniae congruit, ubi prior versus hexameter, sequens penta-
meter. quo genere metri ferunt canticum Deuteronomii apud Hebraeos,
10 sed et psalmos CXVIII et CXLIII esse descriptos. namque librum beati
Iob simplici hexametro scriptum esse adseverant. observandum est autem
in carmine elegiaco nequid umquam de sensu versus pentametri remaneat
inexplicatum, quod insequente versu hexametro reddatur, sed vel uterque
sensibus suis terminetur versus, ut Sedulius

15 cantemus socii domino, cantemus honorem,
dulcis amor Christi personet ore pio,
vel sibi mutuo prior hexameter ac pentameter subsequens, prout poetae
placuerit, conserantur iuxta illud Prosperi,
solus peccator servit male, qui licet amplo
20 utatur regno, sat miser est famulus.
nam sequentes versiculi, etsi his sunt subiuncti, sibimet sunt tamen in-
vicem coniuncti et secundus primo dat supplementum: sequitur enim
cum mens carnali nimium dominante tyranno
tot servit sceptris, dedita quot vitiis.

QVAE SIT OPTIMA CARMINIS FORMA

25 At vero in hexametro carmine concatenatio versuum plurimorum solet
esse gratissima, quod in Aratore et Sedulio frequens invenies, modo duo-
bus, modo tribus, modo quattuor aut quinque versibus, non numquam
sex vel septem vel etiam pluribus ad invicem conexis, quale est illud,

30 Loth Sodomae fugiente chaos, dum respicit uxor,
in statuam mutata salis stupefacta remansit,
ad poenam conversa suam, quia nemo retrorsum
noxia contempti vitans discrimina mundi |
aspiciens salvandus erit, nec debet arator
35 dignum opus exercens vultum in sua terga referre:

3 omnem Pfl om̄s L, om. F diuise P 4 penthememeris F pente-
memeris L penthememir P 6 et] ut P eliacum P 7 elegios FL ele..os
corr. elegos P eleios s philosophi] graeci s 8 querimonia F sequens
est pentameter s P 10 nam L 16 amor LP honor F 18 conserantur iuxta L
conserantur ut iuxta F conserantur iuxta s P 20 utator F 21 subiecti s P
26 concatenatio uersum F 27 frequens FL frequenter s P 30 sodomis L
32 conuersamque corr. conuersa suam quia F 33 contenti F 35 terga] terra F
16*

et Arator

iura ministerii sacris altaribus apti
in septem statuere viris, quos undique lectos
Levitas vocitare placet. quam splendida coepit
ecclesiae fulgere manus, quae pocula vitae
misceat et latices cum sanguine porrigat agni.

verum huius modi conexio si ultra modum procedat, fastidium gignit ac
taedium. hymnos vero, quos choris alternantibus canere oportet, necesse
est singulis versibus ad purum esse distinctos, ut sunt omnes Ambrosiani.
optima autem versus dactylici ac pulcherrima compositio est, cum primis
paenultima ac mediis respondent extrema, qua Sedulius frequenter uti
conuevit, ut

pervia divisi patuerunt caerula ponti
et sicca peregrinas stupuerunt marmora plantas

et edidit humanas animal pecuale loquelas,
tem in pentametro
dignatus nostris accubitare toris

et rubra quod adpositum testa ministrat olus.

non tamen hoc continuatim agendum, verum post aliquot interpositos versus.
si enim semper uno modo pedes ordinabis, et versus, tametsi optimus sit,
status statim vilescit. aliquando versum nominibus tantum perficere gratum
est, ut Fortunatus

lilia, narcissus, violae, rosa, nardus, amomum,
oblectant animos germina nulla meos,
quod idem et in propriis fecit nominibus, ut
Sarra, Rebecca, Rachel, Ester, Iudith, Anna, Noemi,
quamvis praecipue culmen ad astra levent;
fecit et in verbis,

blanditur, refovet, veneratur, honorat, obumbrat
et locat in thalamo membra pudica suo.

studendum praeterea metricis, quantum artis decori non obsistit, ut mobilia
nomina fixis praeponant, sed ne concinentia nomina coniunctim ponant,
verum interposita qualibet alia parte orationis, ut

mitis in immitem virga est animata draconem.
prius posuit mitis quam virga, prius immitem quam draconem: sed et

6 porrigat *F* porrigit *LP* 10 compositio *L* positio *FP* 22 nec tamen $\leq$ *P*
23 semper *om. L*, *add. FP* tametsi *L* tam si *F* tamen etsi $\leq$ *P* 24 status sta-
tim *FP* statim status *L* uersum *FP* uersus *Lf* 25 fortunatus *F* 27 germina *F*
gemina *corr.* germina *P* gramina *L* $\leq$ 29 Anna] annos *F* 34 quantum ars
decoro non obsistit $\leq$ 35 ne] nec *F* 38 prius quam uirga posuit mitis *L*

p. 2367. 68 P.

hoc discretum, id est interposito verbo 'est animata'; non quod haec semper observari necesse sit, sed quia, cum | fiunt, decori sint. nam et Prosper mutato hoc ordine fecit versum decentissimum,

moribus in sanctis pulchra est concordia pacis,

5 et item

lex aeterna dei stabili regit omnia nutu

nec vario mutat tempore consilium;

et Lucanus, poeta veteranus, Caesaris et Pompei proelia descripturus ita incipit,

10

bella per Emathios plus quam civilia campos
iusque datum sceleri canimus populumque potentem
in sua victrici conversum viscera dextra.

cumque superba foret Babylon spolianda tropaeis

Ausoniis umbraque erraret Crassus inulta,

15

bella geri placuit nullos habitura triumphos.

DE SCANSIONIBVS SIVE CAESVRIS VERSVS HEROICI

Scansionum autem in versibus sunt species quattuor, coniuncta, districta, mixta, divisa. coniuncta, quae ceteris laudabilior habetur, illa est, ubi nusquam pes cum verbo finitur, ut

20

immortale nihil mundi compage tenetur.

districta, ubi verba cum pedibus terminantur, ut

haec tua sunt, bona sunt, quia tu bonus omnia condis,
quam versificationis speciem rarissime invenis. nam etsi non post duos vel tres pedes syllaba superfuert, quod penthemimerim et hephthemimerim
25 vocant, ratus haberi versus nequit, sicut hic post duos pedes 'sunt', post tres 'tu' superest. mixta est scansio quae utrumque in se habet, ut in quibusdam coniunctus, in quibusdam vero separatus sit versus, ut
nobis certa fides aeternae in saecula laudis

et

30

pacificus deus in numerum si prolis adoptat.

divisa est, ubi primi tres pedes concatenati inter se a reliquis pedibus separati sunt, ut

inde dei genetrix pia virgo Maria coruscat,

18 Scansionum — 246, 2 verbum Victor. de hexam. 214, 23 Audac. exc. 20

1 id est om. P, add. p 2 decori sint L decori sit F decoris sit F de-
core fit s 5 et item FL et iterum P 7 nec vario mutat FL nec mutat
vario s P 12 dextera F 15 hebetura F 17 districta F distincta L dis-
iuncta s P 18 numquam s L 21 districta FP distincta L disiuncta s
22 qu. tu F, corr. quia tu f 23 invenies s P etsi non LPf et non F
26 habet ut P 27 vero om. L 30 pacificus Pf s pacificos LF si] sibi F

et Prosper

corde patris genitum creat et regit omnia verbum.

Nec minus caesurarum intuendus est status, quae et ipsae sunt quattuor, penthemimeris, hephthemimeris, cata triton trochaeon, bucolice tome: penthemimeris, ubi post duos pedes invenitur semipes qui versum dividat et partem terminet orationis, ut 'cum sua gentiles': hephthemimeris, ubi post | tres pedes invenitur syllaba, ut 'cum sua gentiles studeant'. dictae autem penthemimeris et hephthemimeris graece quasi semiquinaria et semiseptenaria, quia, cum per spondeos fiunt, haec quinque syllabis, illa constat septem, et in hac quinta syllaba semipedem, in illa tenet septima. cata triton trochaeon, ubi tertio loco invenitur trochaeus, non quod in medio versu esse possit trochaeus, sed sublata una de dactylo syllaba remanet trochaeus, ut 'grandisonis pompare modis'. bucolice tome, ubi post quattuor pedes non aliquid remanet, ut

semper principium, sceptrum iuge, gloria consors

et

Christus erat panis, Christus petra, Christus in undis. quae caesura inde nomen habet, quod in bucolicis saepius inveniatur.

Item ubi post duos pedes superest syllaba, comma dicitur; ubi post duos pedes nihil remanet, colon vocatur. quae tamen nomina apud oratores indifferenter ponuntur, qui integram sententiam periodon appellant, partes autem eius cola et commata dicunt. ut puta 'sustinetis enim, siquis vos in servitutem redigit' colon est: 'siquis devorat' colon est: 'siquis accipit' colon est: 'siquis extollitur' et cetera usque ad plenam sententiam cola sunt et commata. plena autem sententia periodus est. interpretatur autem colon membrum, comma incisio, periodus clausula sive circuitus.

DE SYNALIPHA

Synalipharum quoque commemoranda ratio est, quia non numquam ultima verbi syllaba vel particula syllabae videtur absumi, unde synalipha graece dicitur quasi quodam saltu transmittens. fit autem duobus modis, quod, cum aliqua pars orationis aut in vocalem litteram aut in m consonantem desinit incipiente a vocali sequente parte orationis, illa quae sequitur pars orationis praecedentem vel litteram vocalem vel syllabam quae in m desierat sua vocali absumit. quod dico huius modi est,

3 Nec minus caesurarum — 13 remanet trochaeus *Victor. de caesur.* 240, 1
19 Item ubi — 22 commata dicunt *Pompei.* 133, 20

2 verbum *FL*, corr. verbo *Pf* 3 quae et ipsae corr. qui et ipsi *P* 4 bucoliceptome *P* bucoli cepto men *F* bucoliceptonem *L*, corr. -tomen *l* 6 partem terminet *L* partem terminat *Pf* parte interminat *F* 8 dicta *FLP* 13 bucoliceptome *P* bucoli ceptomen *FL* 18 saepe *L* 19 superest — post duos pedes om. *F*, add. *f* 23 redigat *P* 30 dicuntur *F* 31 quod om. *L*, add. *FP* 32 desinet *F*

p. 2369. 70 P.

arta via est verae quae ducit ad atria vitae:

scanditur enim | ita, artavi dactylus, estve spondeus intercepta a syllaba per synalipham. absumitur et particula syllabae, cum dicit idem Prosper sumite quae magna adposuit sapientia mensa:

5 scanditur enim ita, sumite dactylus, quae spondeus, gnadposu dactylus absumpta parte syllabae per synalipham. item pars syllabae quae in m desierat synalipha intercipitur, cum dicit

nullus enim est insons sola formidine poenae,
qui sanctum et iustum non amat imperium:

10 scanditur namque ita, nulluse dactylus, nestin spondeus absorpta im per synalipham; et item quisanc spondeus, tetiu spondeus absumente synalipha particulam syllabae um. item tota syllaba quae in m terminata est per synalipham interit, cum dicit

magnum praesidium est sacro libamine pasci,

15 si cor participis crimina nulla premunt:

scanditur namque sic, magnum spondeus, praesidi dactylus, estsa spondeus intercepta um syllaba per synalipham. quaecumque ergo verba in m terminantur, nisi adpositione consonantis alicuius defendantur, synalipha inrumpente syllabam ultimam aut perdunt semper aut minuunt, excepto
20 cum ab h littera sequens sermo inchoaverit. tunc etenim in arbitrio poetarum est, utrum haec instar fortiorum consonantium synalipham arceat, an pro modo suae fragilitatis nihil valeat. valuit namque in hoc, quia voluit poeta,

nomine Iohannem hunc tu vocitare memento

25 et

progenitum fulsisse ducem hoc caelitus astra.

item nihil iuvat ad propellendam synalipham, quia poeta neglexit,
qui pereuntem hominem vetiti dulcedine poni.

Sciendum autem quod numquam in eadem parte orationis media fieri

30 potest synalipha. verum si in medio verbo duae vocales conveniunt, quarum prior sit longa, potest illa quae sequitur priorem facere brevem de longa, si sic poeta voluerit; auferendi autem funditus potestatem non habet. est enim longa naturaliter in illo Paulini,

ut citharis modulans unius verbere plectri:

1 ad atria] ad tria F 3 idem] item P 4 mensa FP mensam L mensae s 7 desierat LP desinet F cum dicitur L 10 namque] enim s P nullus est dactylus neest in spondeus L absorpta m LP aborta im F 11 tetiu FP tum etius L 12 in em F 16 namque] enim s P 18 nisi adpositionem consonantis alicuius FP nisi apositione (corr. appositione l) cuiuscumque consonantis L 19 semper om. L, add. FP 21 fortium s P 26 lucem corr. ducem P 27 propellendam F 29 sciendum est autem P 32 habebit corr. habet P 33 longa naturaliter F et superscripto longa P naturaliter longa L

p. 2370. 71 P.

est brevis licenter in illo Sedulii,

unius ob meritum cuncti periere minores.

item natura longa est in hoc Paulini,

discutiebat ovans galea scutoque fidei,

licentia brevis in hoc Prosperi,

delicias iam nunc promissi concipe regni

virtute et fidei quod cupis esse tene.

et hoc, ut supra retulimus, inter communes syllabas computatur. ubi autem in metris predo pro prehendo vel saecula legitur pro saecula vel aliquid huius modi, non est synalipha, sed syncope, quae species est metaplasmii, quia non syllaba vel littera scripta scandendo aufertur, sed ne umquam scriberetur libertate poetica provisum est. unde illum Maronis versiculum,

nec tota tamen ille prior praeunte carina,

ita scandendum esse ratio probat, ut primo sit necto spondeus, deinde tatamen dactylus, illepri dactylus, orprae dactylus adbreuiata diphthongo propter vocalem quae sequitur, ante carina dactylus et spondeus, qui terminent. quis enim audiat Victorinum docentem ut scandamus ante carina, facientes synalipham in media parte orationis, quod numquam fecere priores? fit autem synalipha in omni parte versus, etiam in extrema, ut Prosper

sed rerum auctori nullus non cognitus ordo est.

fit et post versum synalipha, quae ad sequentis versus caput intendat, ut Paulinus

quae decus omne operum perimebant improba foedaque
obice prospectum caecantia.

sunt namque ultimi versus illius pedes, improba dactylus, foeda spondeus, at primi sequentis per synalipham, quobice dactylus, prospe spondeus.

DE EPISYNALIPHA VEL DIAERESI

Coniunctionem etiam solutionemque syllabarum, quam Graeci episynalipham et diaeresim vocant, ubi necesse est, licitam scire metricum decet,

29 Coniunctionem — 249, 16 spondeum Pompei. 120, 2. 121, 24

1 est brevis $\leq P$ et brevis FL 6 delicias P delitias F diuitias $\leq L$
concipe FLP conspice l 8 supra] p. 232, 21 9 predo prohendendo F
10 sed incope F 11 syllaba vel littera FP littera vel syllaba L 13 nec
tota] Verg. Aen. V 186 14 deinde ta tamen P inde ta tamen F item to
tamen L 16 ente carina P 17 Victorinum] de rat. metr. p. 218, 21 ente
carina LP , v in L altera manu superscripto, tene ut videtur (corr. ene vel ente)
carina F 19 fecere] facere F in omni — 22 synalipha om. L 22 intendit
corr. -at F 26 pedes dactil. et spond. improba foeda at primi sequentis per
synalipham quae obice prospectans dactil. et spond. L 30 licitum P

p. 2371. 72 P.

coniunctionem videlicet, qua duae de tribus, solutionem, qua duae de una syllabae efficiuntur. cuius exemplum coniunctionis

aedificant sectaque intexunt abiete costas

et

5 custodes sufferre valent, labat ariete crebro
ianua

et

tenuia nec lanae per caelum vellera ferri.

abiete enim quattuor syllabas habet breves: stringe illud, et fit ab positione longa, quia a vocalis desinit in b et excipitur ab i loco consonantis posita. sic et ariete: naturaliter brevis est a, iunge r ad ipsam, iunge i et e sibimet, et fit ar syllaba positione longa, quia sequitur i loco consonantis posita. item tenuia: stringe ten et fac v consonantem, et sic de tetrasyllabo proceleumatico facis dactylum trisyllabum. tale est et 'fluviorum rex Eridanus': fluvio anapaestus est, sed si facis stringendo unam syllabam fluy, alteram io, efficis de anapaesto spondeum. haec coniunctio sive solutio saepius in i vel in u litteris fit, quarum et in nostratibus poetis multa habes exempla, ut Paulinus

sim profugus mundi tamquam benedictus Iacob,

20 Fortunatus

dirigit et Iacobos terra beata sacros:

hic i et a discindit, ille conglutinat. item Paulinus

parietibus novitas latet intus operta vetustas:

parietum dactylum fecit de proceleumatico conglutinatis contra naturam a et r

25 in unam syllabam, i et e in alteram. item Sedulius disiunctis u et a

cuius onus leve est, cuius iuga ferre suave est,

Prosper coniunctis

nec Christi e templo suavior exit odor:

item Paulinus divisit u et i iuxta naturam

30 conscia servitii quid gesseris et cui tandem,

Fortunatus conexus iuxta licentiam poeticam

cui tamen hoc opus est cum virginitatis honore

ut placeat sponso mens moderata suo:

35 item disiunctis eisdem in alio pronomine Paulinus

cum subito aut illis corda hostibus aut huic ora,

2 syllabae F syllaba $\leq$ LP coniunctionum L 3 aedificant] Verg. Aen. II 16 sectaque Lf sectoque FP 5 custodes] Verg. Aen. II 492 8 tenuia] Verg. georg. I 397 uellere ferre corr. uellera ferri L fellera ferre, sed erre in litura F 10 et excipitur Pl excipitur L et cipitur F 14 facies trisyllabum dactylum L fluviorum] Verg. georg. I 482 15 si om. P, add. FL 19 sim] sin L 24 conglutinat] F 26 iuga] giga F 28 e templo] exemplo L

Prosper conglutinatis

huic homo, si recte famulatur, proximus haeret:

Maro e et i coniunctis

Tityre pascentes a flumine reice capellas,
idem alibi seiunctis iuxta naturam

reice ne maculis infuscet vellera pullis.

iungit, ni fallor, et Paulinus easdem, ubi ait

ast alii pictis accendunt lumina cereis,

nisi forte dactylum in ultima versus regione contra morem posuisse dicen-
dus est.

Recipit et r littera solutionem quamvis ordine dissimili. ibi enim
discissis sive conglutinatis vocalibus syllaba contra naturam aut adcrecit
aut interit; hic autem ea vocali quae nequaquam adscripta est in sono
vocis adsumpta super adcrecere tantum syllaba consuevit, ut

illi continuo statuunt ter dena argenti,

et Paulinus

et spatii coepere et culminis incrementa,

et rursus

sic prope, sic longe sita culmina respergebat,

et Prudens in Psychomachia

dixerat haec, et laeta libidinis interfectae,

et idem in eadem

palpitat atque aditu spiraminis intercepto.

neque enim in quinta regione versus heroici spondeum ponere moris erat.
sed ita tamen versus huius modi illos scandere voluisse reor, ut addita in
sono vocali, quam non scribebant, dactylus potius quam spondeus existeret,
verbi gratia intericepto, | incerementa, interefectae, respergebat et per
synalipham denarigenti. quod ideo magis r littera quam ceterae conso-
nantes patitur, quia quae durius naturaliter sonat durior efficitur, cum ab
aliis consonantibus excipitur; atque ideo sonus ei vocalis adponitur, cuius
temperamento eius levigetur asperitas. quod etiam in cantilenis ecclesiasticis
saepe in eadem r littera facere consuevit qui antiphonas vel responsoria
vel cetera huius modi, quae cum melodia dicuntur, rite dicere norunt.

- 1 conglutinatas L 4 tetyre F: Verg. bucol. 3, 96: cf. Audax de syllab-
bis p. 9 5 iuxta naturam seiunctis L 6 reice] Verg. georg. III 389
8 pictas L accendant F certis corr. cereis F 14 tantum FL tamen s P
15 arigenti F 17 incerementa F 19 respergebat deleta i littera F
21 haec om. FP, add. L interefectae F 23 aditus P intericepto F
25 additam in sono uocalem L 26 spondeus existeret L existeret spondeus FP
27 verbi] uerba F interecepto interementa L 28 consonantis F
29 patitur L patiuntur FP quae durius L quae durum F quae dure s P
31 levigetur] leuiga et F 32 r om. L, add. FP antefanas F 33 quae
cum melodia L quae melodia P quae cum melodia uel cetera F

p. 2373. 74 P.

Sed et hoc commemorandum, quia, cum nomina quae in ius vel in ium terminantur duo i in genetivo habere debeant casu duarum aequae syllabarum, metrici non numquam in eodem genetivo casu unam syllabam ponunt pro duabus, vel ablata videlicet una i de duabus vel ambabus in unam syllabam geminatis, quamvis id fieri posse Donato teste plurimi negent. dicit enim Paulinus

oblectans inopem sensu fructuque peculii.

quod si quis dixerit hic eum more antiquorum dactylum in fine posuisse versiculi, legat quod idem alibi dicit,

10 excoluit biugis laquearii et marmore fabri:

excolu dactylus, itbiu dactylus, gislaque dactylus. qui est ergo pes quartus? ariet: habet enim quattuor syllabas, longam brevem et duas longas. epitritus in heroico versu esse non potest. forte ergo spondeus est absumente synalipha duas vocales superventu unius, quod non facile vel a grammaticis permissum vel a poetis usurpatum invenies, tametsi dixerit Fortunatus

Vincentii Hispaniae surgit ab arce decus.

cuius scansio versus par est praefati, nisi forte regulam Lucilii secuti sunt, qui Lucilium et Aemilium et cetera nomina quae ante u habent i non solum in vocativo, sed etiam in genetivo casu per unum i existimat scribi posse.

QVOD ET AVCTORITAS SAEPE ET NECESSITAS METRICORVM
DECRETA VIOLET

At tamen intuendum est nobis quia et auctoritas non numquam et necessitas metricae disciplinae regulas licite contemnit: necessitas quidem in his verbis | quae non aliter in versu poni possunt, ut sunt ea quae quattuor syllabas breves habent, Italia basilica religio, vel tres primas breves, ut reliquiae, vel unam in medio brevem, ut veritas trinitas, quae neque dactylum consuetum neque spondeum facere possunt, quod propriis nominibus maxime solet evenire. huius exemplum

30 Italiam sequimur fugientem et mergimur undis:
i contra naturam pro longa posuit, quia non aliter Italiam, quam saepius erat nominaturus, appellare valebat, nisi aut syllabam quae natura brevis

1 et om. FLP, add. ξ uel in ium F uel quae in ium ξ LP 2 aequae] quoque L 4 ponunt pro duabus FP pro duabus L pro duabus proferunt l 5 donato testa plurimi F donato testante plurimi ξ P plurimi donato teste L: Don. p. 367, 19 8 antiquo L 11 quis est L 15 tametsi] tamet F 17 Hispaniae Putschius, hispania FLP ξ surget corr. -it P 18 pars corr. par P lucilii corr.

lucii P: cf. Charis. p. 78, 4 19 lucilium L lucium P lucium F 20 in ante vocativo om. F, add. LP etiam om. FP, add. L existimat scribe posse F existimant scribi posse L scribi posse existimant ξ P 21 quod — violet continua scriptura in P 23 intuendum est nobis LP intuendam F 25 his om. ξ P, add. FL 27 breves om. P, add. FL 30 Italiam] Verg. Aen. V 629 32 volebat F

p. 2374. 75 P.

erat produceret aut tribrachum loco dactyli poneret. sic cum de apibus loquens
alvearia nominare vellet, necessitate posuit antibacchium in versu dactylico,
seu lento fuerint alvearia vimine texta;

et Paulinus

qui simul huc sancta pro religione coistis:

re contra naturam pro longa posuit, quia non aliter hoc nomen versus
hexameter recipere valebat. tale est et illud eiusdem,

basilicis haec iuncta tribus patet area cunctis:

namque alibi pro brevi ponitur eadem syllaba dicente Fortunato

hic Paulina, Agnes, Basilissa, Eugenia regnant.

his et aliis huius modi necessitatibus credo factum quod de libro beati
Iob loquens Hieronymus, cum dixisset eum maxima ex parte versibus hexa-
metris apud Hebraeos esse descriptum, addidit 'qui dactylo spondeo-
que currentes propter idioma linguae crebro recipiunt et alios
pedes eorundem quidem temporum, sed non earundem sylla-
barum'. auctoritate autem contemnitur regula grammaticorum, ut Sedu-
lius in clausula carminis, cuius supra memini, cum dixisset

gloria magna patri semper tibi gloria nate,

subdidit

cum sancto spiritu gloria magna patri.

spiritus enim primam syllabam habet longam, unde vera scansio versus
istius haec est, cumsanc spondeus, tospiri antibacchius, non dactylus.
sed poeta, ut gloriam sanctae et individuae trinitatis clara voce decan-
taret, neglexit regulam grammaticae dispositionis. item ipse in carmine
paschali

sic ait ipse docens ego in patre et pater in me est:

sic enim scanditur, sic ait dactylus, ipse dactylus, cense trochaeus, ginpa
spondeus ablata o per synalipham, aut si scandere vis | censego et facere
dactylum, contra morem ipsius Sedulii, quem per omnia servavit, agis,
ut immunis stet vocalis altera superveniente vocali de foris. idem in
eodem opere

clarifica dixit nomen tuum magnaue caela.

in quo, ut veritatem dominici sermonis apertius commendaret, postposuit
ordinem disciplinae saecularis. idem iterum

scribitur et titulus, hic est rex Iudaeorum,

2 in uersu *P* in uersum *L* in uerso *F* 3 seu lento] *Verg. georg. IIII 34*
5 huc *L* hac *P* ha.c *F* pro legione *F* 9 alibi pro breui *L* alibi qui
(q *P*) potuit pro breui *FP* 10 basilica corr. basilissa *F* 13 quid dactylico
spondeoque corr. quod dactylicum spondeumque *P* 17 meminimus *L* 22 pri-
mam habet syllabam longam *F* 24 item *Lf* idem *FP* 26 est om. *F*, add.
s *LP* 27 scanditur om. *F*, add. *f* 29 seruauit regulam agis, sed expuncto
regulam *P* 30 ut immunistet *F* 33 p̄posuit *P* 35 titulus corr. -lis *F*

p. 2375. 76 P.

quod quo modo scandendum iudicaverit, videat qui potest, utrum Iudaeorum duos spondeos quinta et sexta regione contra morem, an solutis syllabis, iuxta quod supra monstravimus, dactylum fieri voluerit et spondeum.

VT PRISCI POETAE QVAEDAM ALITER QVAM MODERNI POSVERINT

5 Nam et in exemplis antiquorum inveniuntur aliquoties duo spondei in fine versus, sicut et dactyli non numquam, ut sunt illa Maronis,
at tuba terribilem sonitum procul excitat horrida
et

aut leves ocreas lento ducunt argento.

10 quamvis hoc rarissime inveniatur, nisi ita ordinatum, ut et dactyli qui in fine est ultima syllaba per synalipham sequenti versui iungatur, et spondeus qui in quinta regione est r litteram habeat alteri consonanti vel praepositam vel subiectam, cuius duritia per adiectam vocalem levigata dactylus sentiat in sono, cum pareat spondeus in scripto. quod utrum-
15 que ut fiat, exemplis supra monstravimus. qui et aliis in metrico opere regulis multum libere utebantur, quas moderni poetae distinctius ad certae normam definitionis observare maluerunt. nam et vocalem brevem, quae q et u et vocali qualibet exciperetur, voluerunt esse communem, ut Lucretius

quae calidum faciunt aquae tactum atque vaporem;

20 et vocalem in fine verbi brevem, quae exciperetur a consonante et liquida, inter communes syllabas deputarunt, ut Virgilius

aestusque pluviasque et agentes frigora ventos

et

si tibi lanicium | curae, primum aspera silva

25 lappaeque tribulique absint, fuge pabula laeta,

quod nunc poetae in eadem parte orationis, ut supra docuimus, magis fieri oportere decernunt. idem vocalem in fine verbi correptam, quae excipitur a littera z, inter communes syllabas deputavit, ut 'Eurique Zephyrique tonat domus'. qui eadem libertate synalipha utebatur, siquidem et m,
30 ubi voluit, in fine verbi positam a supervenientis vocalis assumptione reservavit, ut 'iterum iterumque monebo'; et longam vocalem longam remanere permisit, ut

4 VT — POSVERINT] DE DACTYLO ET SPONDEO P 6 et dactyli FL et duo dactyli $\leq$ P 7 at tuba] Verg. Aen. VIII 503 at tuba terribilem sonitum procul aere canoro sonitu F excitat horrida in litura scripta sunt in F 9 aut leves] Verg. Aen. VII 634 13 duritię F 15 qui (quia corr. qui L) et aliis FL P $\leq$ antiqui et aliis Putschius 16 multum om. L, add. FP libere in marg. add. F poetis F certae] cer in fine versus F 17 q et u FP i et u L 19 quae calidum] Lucret. VI 868. eodem exemplo usus est Audax de syllabis p. 9 aquae] atque L ta. tum corr. tactum F 22 aestus quae F: Verg. georg. I 352 24 si tibi] Verg. georg. III 384 latinitium F curae FP cura est L aspera] aquila et in marg. aspera P 28 Eurique] Verg. georg. I 371 30 positam FPl posuit L adsumptione F 31 ut iterum LP et iterum F: Verg. Aen. III 436 remanere (permanere corr. rem. P) permisit LP remanere misit F

sit pecori apibus quanta experientia parcis;
 et longam, cum voluit, breviavit, ut
 et multum formose vale vale, inquit, Iolla
 et
 credimus, an qui amant ipsi sibi somnia fingunt;
 et diphthongon reservavit, ut
 ulla mēram fecere neque Aoniae Aganippae;
 et eandem breviavit, ut 'insulae Ionio in magno'. quae cuncta poste-
 riores poetas, ut dixi, distinctius observare reperies.

DE METRO PHALAEICIO

Verum quia de metro heroico quae videbantur tractavimus, libet et
 aliorum genera metrorum, ea dumtaxat quae magis usui haberi reperimus,
 parumper commemorare. est igitur metrum dactylicum phalaecium penta-
 metrum, quod constat ex spondeo et dactylo et tribus trochaicis: huius
 exemplum

cantemus domino deoque nostro,
 cui gloria cum honore pollens
 sese magnificis decorat actis,
 dum currus celeres Aegyptiorum
 iunctis equitibus gravique turba
 rubri marmoris enecat fluentis.
 adiutor validus meae salutis
 plebem de medio tulit profundo.
 custos et genitor salusque vera
 hic est, hic dominus meus et altor.
 ipsum conspicua sacrabo laude,
 qui est progenitor mei parentis,
 ipsum vocibus arduis fatebor,
 qui bellum tulit obruitque fortes,
 dignus nomine quo deus vocatur. |

DE METRO SAPPHICO

Metrum dactylicum sapphicum pentametrum constat ex trochaeo,

10 DE METRO PHALAEICIO *Mall. Theod. 590, 21* 31 DE METRO
 SAPPHICO *Mall. Theod. 591, 8*

1 sit pectori *F: Verg. georg. I 4* 3 ut et multum *FP et ut multum L:*
Verg. bucol. 3, 79 5 credimus] *Verg. bucol. 8, 108* an qui] antiqui *F* 7 ulla]
Verg. bucol. 10, 12 facere *L* 8 insulae] *Verg. Aen. III 211* 10 FALLEU-
 CIO *FLP* 13 falleucium *LP fallentium F* 20 equibus *F* 22 meae *LPf*
 mea *F* 25 altor] *Al. altor id est nutritor in marg. add. L* 28 uocibus
 arduis *FP arduis uocibus L* 30 quod (*corr. quo F*) deus uocatur *FP* quod
 deus uocetur *L*

p. 2377 P.

spondeo, dactylo, duobus trochaeis, cui metro post tres versus additur
semis heroici versus. hoc metro sanctus antistes Paulinus sextum beati
Felicis confessoris librum composuit, cuius principium est

iamne abis et nos properans relinquis,
5 quos tamen sola regione linquis,
semper adnixa sine fine tecum
mente futurus.

et paulo post dicit

sicut Aegypto pereunte quondam
10 noctis et densae tenebris operta,
qua dei vivi sacra gens agebat,
luxerat orbi,
quae modo in toto species probatur
orbe, cum sanctae pia pars fidei
15 fulgeat Christo, reliquos tenebris
obruat error;
sic meo qua se feret actus ora
cuncta nicetae dominus secundet,
donec optatam patriam vehatur
20 laetus ad urbem.

DE METRO TETRAMETRO CATALECTICO

Metrum dactylicum tetrametrum catalecticum constat ex spondeo,
dactylo, catalecto, dactylo, spondeo. quo usus est sanctus Ambrosius in
precatione pluviae, cuius exordium hoc est,

25 squalent arva soli pulvere multo,
pallet siccus ager, terra fatescit,
nullus roris honos, nulla venustas,
quando nulla viret gratia florum,
tellus dura sitit nescia roris,
30 fons iam nescit aquas, flumina cursus.

cuius finis hic,

iam caelos reseres arvaeque laxes
fecundo placidus imbre rogamus.

1 dactylo et duobus L post tres reuersus hoc metro scis antistes F
additur semis heroici uersus s P coma (corr. comma l) heroicum subiungitur L.
finis (vel tome) heroici uersus Mallium p. 591, 12 scripsisse conieci. sed eius scrip-
turam corruptam habuit Beda 2 antestis P sextus F 4 et deletum est
in L 6 adnixa LP adnixa F adnixa s tecum L et tu FP 9 preuite
corr. pereunte F 10 den.sae F 11 agebat FP habebat et in marg. al.
agebat L 14 orbi P 17 hora L 18 cuncta nicetae P cuncta nicete L
cuncta nicetae F cuncta tete s 19 optatam patriam LP optato patriam F
optato patria s 22 ex spondeo et dactylo P 24 in peccatione F 27 honos
superscriptum est in F uetustas P 33 fecunda, sed a ras. P

Heliae meritis impia saecula
donasti pluvia, nos quoque dones.

Idem usus est eodem metro in postulatione serenitatis, quae ita incipit,
obduxere polum nubila caeli
absconduntque diem sole fugato,
noctes continuas sidere nudas;

at finis ita,

Iesu, parce tua morte redemptis.
prior diluvium pertulit aetas,
ut mundaret aqua crimina terrae.
sed mundata tuo sanguine terra est:
iam nunc missa ferens ore columba
ramum paciferae munus olivae
exutas liquido flumine terras
laeto significet lapsa volatu.

DE METRO IAMBICO HEXAMETRO

Metrum iambicum senarium recipit iambum locis omnibus, tribrachyn locis omnibus praeter novissimum, spondeum dactylum et anapaestum locis tantum imparibus, pyrrichium loco tantum ultimo, quo nobilissimus Hispanorum scholasticus Aurelius Prudens Clemens scripsit prooemium Psychomachiae, id est libri quem de virtutum vitiorumque pugna heroico carmine composuit. ita enim inchoat,

senex fidelis prima credendi via
Abram beati seminis serus pater,
adiecta cuius nomen auxit syllaba,
Abram parenti dictus, Abraham deo.

DE METRO IAMBICO TETRAMETRO

Metrum iambicum tetrametrum recipit iambum locis omnibus, spondeum locis tantum imparibus, quo scriptus est hymnus Sedulii,

a solis ortus cardine
ad usque terrae limitem
Christum canamus principem.

16 DE METRO IAMBICO HEXAMETRO *Mall. Theod. 593, 2*

1 heliae *FL* heliae *P* Habram ς 2 pluuiam *FLP* 3 quae] quod *FLP*
4 obduxere *F* 6 noctes continuas sidere nudas *om. FP*, *add. L* 7 et
ita finit ςP 10 criminae terrae *F* 15 lapso *F* 19 nobilissimas *F*
hispanorum *L* hispaniarum *P* et *corr.* hispaniorum *F* 20 prudens *FP* pru-
dentius *L* prohymium *F* 21 carmina *F* 24 sereus *F* 30 ortus *F*
ortu *LP* 31 ad usque *FL* et usque *Pl* limitem] limi *F* 32 Christum
canamus principem *om. FP*, *add. L*

p. 2378. 79 P.

sed et Ambrosiani eo maxime currunt,

deus creator omnium

iam surgit hora tertia,

splendor paternae gloriae,

5 aeternae rerum conditor,

et ceteri per plures; in quibus pulcherrimo est decore compositus hymnus
beatorum martyrum, cuius loca cuncta imparia spondeum, iambum tenent
paria, cuius principium est |

aeterna Christi munera

10 et martyrum victorias

laudes ferentes debitas

laetis canamus mentibus.

recipit hoc metrum aliquoties, ut scribit Mallius Theodorus, etiam tribra-
chyn locis omnibus praeter novissimum, dactylum et anapaestum locis tan-
15 tum imparibus, unde est

geminæ gigans substantiae

alacris ut currat viam.

ceterorum rara habes exempla.

DE METRO ANACREONTIO

20 Metrum iambicum tetrametrum colobon, quod anacreontium dicitur,
recipit anapaestum, duos iambos et semipedem, quo usus est Prosper Tyro
in principio exhortationis ad coniugem ita dicens,

age iam precor mearum

comes in remota rerum,

25 trepidam brevemque vitam

domino deo dicemus.

celeri vides rotatu

rapidus dies meare

fragilisque membra mundi

30 minui, perire, labi.

fugit omne quod tenemus,

neque fluxa habent recursum,

cupidasque vana mentes

specie trahunt inani.

35 ubi nunc imago rerum est?

19 DE METRO ANACREONTIO *Mall. Theod. 593, 24*

5 aeterna *F* 7 cuncta *om. L, add. FP* 13 malus *F: Mall. Theod.*
p. 593, 6 de trimetro iambico 19 ANACREONTIO *FL* 20 colophon *FLP*
anacreontium *FL* 21 est *om. P, add. FL* 27 rotatu *F* 28 rapidos]
pavidos *F*

ubi sunt opes potentum,
quibus occupare captas
animas fuit voluptas?

DE METRO TROCHAICO TETRAMETRO

Metrum trochaicum tetrametrum, quod a poetis graecis et latinis
requentissime ponitur, recipit trochaeum locis omnibus, spondeum omni-
bus praeter tertium. currit autem alternis versiculis, ita ut prior habeat
pedes quattuor, posterior pedes tres et syllabam. | huius exemplum totus
est hymnus ille pulcherrimus,

hymnum dicat turba fratrum, 10
hymnum cantus personet,
Christo regi concinentes
laudes demus debitas,
in quo aliquando et tertio loco prioris versiculi spondeum reperiens, ut 15
factor caeli, terrae factor
et
verbis purgat leprae morbos.

DE RHYTHMO

Haec de metris eminentioribus commemorasse sufficiat, quorum exempla
copiosiora apud scriptores invenimus. praeterea sunt metra alia perplura, 20
quae in libris centimetrorum simplicibus monstrata exemplis quisque cupit
reperiet. reperiuntur quaedam et in insigni illo volumine Porphyrii poetae,
quo ad Constantinum Augustum misso meruit de exilio liberari, quae, quia
pagana erant, nos tangere non libuit. videtur autem rhythmus metris esse
consimilis, quae est verborum modulata compositio, non metrica ratione, 25
sed numero syllabarum ad iudicium aurium examinata, ut sunt carmina
vulgarium poetarum. et quidem rhythmus per se sine metro esse potest,
metrum vero sine rhythmum esse non potest, quod liquidius ita definitur:
metrum est ratio cum modulatione, rhythmus modulatio sine ratione.
plerumque tamen casu quodam invenies etiam rationem in rhythmum, non 30
artifici moderatione servata, sed sono et ipsa modulatione ducente, quem

4 DE METRO TROCHAICO TETRAMETRO *Mall. Theod. 595, 1* 24 vide-
tur autem — 31 modulatione ducente *Victor. de metr. 206, 7 Audac. excerpt. 11*

3 voluptas $\leq$ P voluntas FL 4 De metro trochaico tetrametro $\leq$ P DE
METRO TROCHAICO L DE METRO TROCHICO F 7 currit $\leq$ P cucurrit L
cū F alterius F 10 dicit corr. dicat F 14 in quo aliquando $\leq$ P in ali-
quando F aliquando L 19 de metricis F 23 missum L 24 rhythmus F
27 rythmos per se sine metro esse non potest (corr. esse potest et add. in
marg. metrum vero sine ritmo esse non potest) quod liquidius F 29 rythmos ratio
modulatio sine ratione, sed deletio ratio F 30 etiam ratione F 31 servatam $\leq$ L.

p. 2380—82 P.

vulgares poetae necesse est rustice, docti faciant docte. quo modo et ad
 instar iambici metri pulcherrime factus est hymnus ille praeclarus,
 rex aeterne domine,
 rerum creator omnium,
 5 qui eras ante saecula
 semper cum patre filius,
 et alii Ambrosiani non pauci. item ad formam metri trochaici canunt
 hymnum de die iudicii per alphabetum,
 apparebit repentina
 10 dies magna domini,
 fur obscura velut nocte
 improvisos occupans.

QVOD TRIA SINT GENERA POEMATOS

Sane quia multa disputavimus de poematibus et metris, commemoran-
 15 dum in calce quia poematos genera sunt tria. aut enim activum vel imi-
 tativum est, quod Graeci dramaticon vel mimeticon appellant; aut enarra-
 tivum, quod Graeci exegematicon vel apangelicon nuncupant; aut commune
 vel mixtum, quod Graeci coenon vel miction vocant. dramaticon est vel
 activum, in quo personae loquentes introducuntur sine poetae interlocutione,
 20 ut se habent tragoediae et fabulae: drama enim latine fabula dicitur: quo
 genere scripta est

quo de Moeri pedes? an quo via ducit, in urbem?

quo apud nos genere cantica canticorum scripta sunt, ubi vox alternans
 Christi et ecclesiae tametsi non [hoc] interloquente scriptore manifeste reperi-
 25 tur. exegematicon est vel enarrativum, in quo poeta ipse loquitur sine
 ullius interpositione personae, ut se habent tres libri georgici toti et prima
 pars quarti, item Lucretii carmina et his similia. quo genere apud nos
 scriptae sunt parabola Salomonis et ecclesiastes, quae in sua lingua, sicut
 et psalterium, metro constat esse conscripta. coenon est vel miction, in
 30 quo poeta ipse loquitur et personae loquentes introducuntur, ut sunt scripta
 Ilias et Odyssea Homeri et Aeneidos Virgilii et apud nos historia beati Ioh,

13 QVOD TRIA SINT GENERA POEMATOS Diom. 482, 13

1 docti faciant docte $\leq LP$ docte faciunt docti F' quomodo et ad F' et
 expuncto et L quomodo ad $\leq P$ 8 iudici F' alphabetum L alfabetum FP
 13 POEMATOS F POEMATVM L 14 quia] quid F' 15 poematos FP
 poematum L 16 mimiticon $\leq$ myctyeon F' mieticon L mietigon P 17 exege-
 maticon F' 18 coenon (coion corr. cenon L) uel miction LP coinen uel
 mikion F' 22 quo te] Verg. bucol. 9, 1 23 quod apud F' 24 non in hoc $\leq P$
 manifesta L manifesta $PF\leq$ 25 exhegemeticon F' 26 ullius] illius F'
 29 constant L 30 ut sunt scripta F' ut supra scripta $\leq LP$ 31 iliades $\leq$
 aeneidos LP aeneidos F'

quamvis haec in sua lingua non tota poetico, sed partim rhetorico, partim sit metrico vel rhythmico scripta sermone.

Haec tibi, dulcissime fili et conlevita Gutberte, diligenter ex antiquorum opusculis scriptorum excerpere curavi et quae sparsim reperta ipse diutino labore collegeram tibi collecta obtuli, ut, quem ad modum in divinis litteris statutisque ecclesiasticis imbuere studui, ita et in metrica arte, quae divinis non est incognita libris, te solerter instruerem. cui etiam de figuris vel modis locutionum, quae a Graecis schemata vel tropi dicuntur, parvum subicere libellum non incongruum duxi, tuamque dilectionem sedulus exoro ut lectioni operam impendas illarum maxime litterarum, in quibus nos vitam habere credimus sempiternam.

1 poetico *L* poetica *FP* 3 gudbercte *F* gutbercte *L* gudberhtte *P*
4 repperta *FL* recta *P* scripta ϵ ipse *om. L*, add. *FP* 5 diutino *F* diurno
 ϵ *LP* 11 EXPLICIT DE ARTE METRICA LIBER (*superscr. UNUS*) INCIPIT
LIBER SECUNDUS DE SCHEMATIBUS ET TROPIS *F* EXPLICIT DE ARTE
METRICA LIBER UNUS INCIPIT DE SCHEMATIBUS ET TROPIS LIBER II *L*